This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



FROM THE LIBRARY OF
Professor Karl Heinrich Rau
OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG
PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BY
Mr. Philo Parsons
OF DETROIT
1871

Digitized by Google

LF
3195
.H4
L98
H38

Digitized by Google



FROM THE LIBRARY OF
Professor Karl Heinrich Rau
OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG
PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BY
Mr. Philo Parsons
OF DETROIT
1871

Digitized by Google

LF
3195
.H4
L98
H38

Digitized by Google

Digitized by Google

LYCEI HEIDELBERGENSIS

ORIGINES ET PROGRESSUS.

DISSERITUR ETIAM

DE

SCHOLA NICRINA ET CONTUBERNIIS

HEIDELBERGAE OLIM CONSTITUTIS.

COMMENTATIO

HISTORICO-LITERARIA,

QUAM

AD LYCEI FESTUM SAECULARE TERTIUM PIE CELEBRANDUM EX MONUMENTIS LITERARUM FIDE DIGNISSIMIS IISQUE MAXIMAM PARTEM INEDITIS

CONSCRIPSIT

JOANNES FRIDERICUS HAUTZ,
LYCEI HEIDELBERGENSIS PROFESSOR.

HEIDELBERGAE,

EX OFFICINA REICHARDIANA.

M. DCCC. XLVI.

Digitized by Google

HEIDELBERGA, vige! Faveant TIBI sidera coeli,
Et quaecunque placent, ad TUA vota fluant!

ANDREAE.

Digitized by Google

Lectori candido

S. P. D.

JOANNES FRIDERICUS HAUTZ.

Favente Deo nostrae artium liberalium scholae contigisse laetamur, ut post varias rerum vicissitudines variosque casus quibus conflictaretur interdum gravissimis 1), tertium nunc agat annum saecularem integra atque incolumis. Condita enim est

DIE IX. MENSIS OCTOBRIS ANNI M.D.XLVI.

a Serenissimo Principe FRIDERICO II., Electore, Comite Palatino, Duce Bavariae, qui Sapientis cognomine suo tempore fuit insignis.

Hujus scholae historiam conscripturus equidem minime ignoro ea, quae ANDREAE et LAUTERUS, viri de Lyceo nostro, cujus ipsi erant moderatores quondam, meritissimi (grato inprimis animo LAUTERI ego memoriam recolo, quo ipse usus sum praeceptore et optimo et doctissimo), ad historiam hujus scholae illustrandam contulerunt. Neque ea ipsa, quae ab illis sunt allata, improbare in animo est; sed quibus potero auxiliis, confirmare ac novis si quae invenero testimoniis augere. Quod a me susceptum hac opportunitate oblata nec ingratum fore viris doctis existimo, neque a tempore locoque alienum posse judicari.

---

1) Conferas quae in medium protuli in Ephemeridibus Darmstad.: „*Allgemeine Schulzeitung 1825. No. 22. 23.*“ (Geschichte des Gymnasiums zu Heidelberg.)

Digitized by Google

Etenim hoc praecipue spectavi, ut et Universitatis ordinisque philosophorum quae dicuntur Acta de Lycei II) (in quo ipse jam per viginti septem annos docendi fungor munere) initiis, de perantiqua Schola Niorina, de Contuberniis sive Bursis Heidelbergae olim constitutis, inspicerem quaeque haberent inedita in lucem proferrem, et quae in libris fide illis quidem dignissimis laterent, diligentissime conscriberem, multa denique, quae ex fontibus primariis, largiter profluentibus, ipsis essent hausta, ad verbum exscripta emitterem. Vix enim vereor, ne immodestiae contraxerim culpam, PLINII III) bene memor, qui de suis cogitans temporibus „*magnum esse dare aliquid in manus hominum*" judicavit.

Ac si cui verbosior fuisse, vel hinc inde res leviores, memoratu certe minus dignas attulisse videar; is velim teneat, hoc mihi fuisse propositum, ut quaecunque de Lyceo nostro exstarent literarum monumenta, ea ego colligerem librumque proferrem larga omnium documentorum copia instructum: qualem nostro sermone dicere solemus „*Urkunden-Buch*" IV).

Qua in re dolendum sane est, quod nostrae civitatis temporibus tristissimis accidit, ut fontibus ac testimoniis compluribus, quae vel plane perierint, vel in alienas nescio quas manus pervenerint, nunc careamus. In his potissimum desiderantur Senatus Ecclesiastici tabulae (Kirchenraths-Protokolle): ex quibus quae LAUTERUS in medium protulit, iis ego diligenter usus sum.

Earum vero rerum quae memoriae sunt traditae enarrationem ita institui, ut si quis ea accuratius perlustrare velit, animo sibi effingere et repraesentare memorabilem illam

---

II) Schola nostra passim in Actis Lyceum nominatur.

III) Epistoll. VII, 17, 7.

IV) Juvat hic apponere, quae MONEUS docet in: „Quellensammlung der bad. Landesgeschichte. Karlsr. 1845. fol." T. I. p. 5.: „*Ist ein „Text Urschrift, so muss er buchstäblich abgedruckt werden, denn das „ist seine grösste Richtigkeit.*" Idem ibid. p. 203: „*Man soll ganz ab„schreiben, was sich Wichtiges darbietet, denn die alten Handschriften „gehen noch täglich zu Grunde.*"

Digitized by Google

possit aetatem, qua, postquam acriter est pugnatum, belli discrimina superavit otium, inveteratum barbariei horrorem depulit humanitas, inanem doctrinae speciem verum sustulit artium literarumque studium.

Ac ne quid deesset, quod ad propositum faceret, nos WUNDTII, RIESMANNI, ANDREAE, LAUTERI, aliorum auctoritatem secuti, eorum virorum, qui in posteritatis memoriam revocandi viderentur, vitas brevius, sed non sine diligentia ipsis Actorum vel scriptorum, qui de iis egerunt, fide dignorum verbis exposuimus. Duos tantum, GUILIELMUM XYLANDRUM et JOANNEM LEUNCLAVIUM omisimus. Etenim uterque quum Heidelbergae insigni olim fuerit ornamento et decori idemque literarum antiquarum studia maxime adjuverit (LEUNCLAVIUS nostri ipsius Lycei praeceptor erat clarissimus), de utriusque viri vita et studiis, ut primum potestas data erit, in eundem modum, quo quatuor abhinc annis de MICYLLO disserui, singulis libellis, Deo propitio, agam, subsidiorum et editorum et manu scriptorum, quae bibliotheca Universitatis exhibet, copia adjutus.

Hoc vero loco, quo Principes Electores FRIDERICUS II. et FRIDERICUS III. Lycei nostri celebrantur conditores, Divi quoque Principis CAROLI FRIDERICI, Magni Ducis Badarum, qui singulari modo effecit, ut non solum opulentos redderet cives, sed etiam ingenia eorum animosque excoleret, memoria est recolenda. Hic enim Princeps, animi magnitudine sapientiaque haud minus quam literarum studio ac doctrina clarus et insignis die XXI. mensis Novembris anni 1808. scholam nostram, quae, qualis tum erat, CALVINI amplectebatur doctrinam, cum altera, quae a LOYOLAE sodalibus anno 1705. hic fuerat instituta v), conjunxit plurimisque quibus potuit subsidiis auxit vi).

---

v) WUNDT Gesch. und Beschreib. der Stadt Heidelberg. T. I. pag. 360. 374. ibique laudata.

vi) LAUTERUM consule in libello qui inscribitur: „Das hiesige Gross-„herz. Bad. vereinigte Gymnasium nach seiner jetzig. Einricht. Heidelb. „1809. 4.“ Adde „EWALD (Ober-Kirchenrath) Rede bei Vereinigung „des Reformirten und Katholischen Gymnasiums in Heidelberg. Heidlbg.

Digitized by Google

Auctum vero nostro inprimis tempore Lyceum Heidelbergense, quis est quem lateat? Auxit illud summa Serenissimi Principis Leopoldi, patris patriae dilectissimi, digni paternarum virtutum heredis, clementia et munificentia; adfuit ei insignis illustrissimorum maximeque reverendorum virorum, qui rebus scholasticis praesunt, cura, benevolentia, favor; copiam et decus attulit civium ipsorum, qui optima quaeque juvare semper studuerunt, liberalitas. Neque defuerunt in hac sede literaria viri docti, qui ipsi disciplinarum humanarum studio praeclari, ludum nostrum literarium, cui vera est colenda humanitas, rerum peritia, consilio, opera eximie augerent atque exornarent. Ephoro inprimis nostro, viro doctissimo atque humanissimo Dr. Bährio, etsi tanta, quantam debet Lyceum, referri gratia non potest, habemus tamen, quantam animus capere potest maximam.

Quare festus revera hic dies praedicandus est, quem omnium maxime celebraturi sumus, quum quae Deus, quae Princeps, quae Principis administri, quae literarum artiumque fautores maxima nostris rebus tribuerunt beneficia, eorum recte nunc fuerimus memores.

Vale, *benevole lector*, vale et nobis fave!

Scribebam Heidelbergae Idibus Augustis anni 1846.

„1809. 8.“ „Ewald: Noch ein Wort über Vereinigung protest. u. kathol. „Gymnasien, besonders derer in Mannheim u. Heidelb. Heidelb. 1810. 8.“

Digitized by Google

Hac in commentatione conficienda his potissimum scriptis usi sumus:

Acta ordin. philosoph. Universitat. Heidelberg. *mnscr.* F.

Adami, Melch., vitae eruditor., cum Germanor., tum exteror. Francof. 1705. F.

Altingii, H., histor. Eccles. Palat., quae Miegii monumentis pietatis, infra laudandis, est inserta.

Andreae, J. H., conatus historico - liter. de illustri et primario Palatinatus inferior. Gymnas. Heidelberg. 1764. 4. (Programm.)

— — VI spicilegia post conat. histor. - liter. de Gymnas. Heidelb. 1764. 1765. 1766. 1767. 1770. 4. (Programm.)

— — analecta histor. - literar. de Heidelbergae Reformator. Gymnas. 1789. 4. (Programm.)

Annales Universitatis Heidelberg. *mnscr.* F.

Erhard, H. A., Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung, vornehmlich in Deutschland. 3 Bde. Magdeb. 1827. 8.

Fladii, P. W. L., tentamina prima de statu literario et eruditis, qui in Palatin. Elector. per III fere saecula floruerunt. Heidelb. 1761. 4.

Häusser, L., die Anfänge der klassischen Studien zu Heidelberg. Heidelberg 1844. 8.

— — Gesch. der rheinischen Pfalz. 2 Bde. Heidelb. 1845. 8.

Hottingeri, J. H., orat. saecul. de Colleg. Sapient. Access. notae ejusd. de Heidelb. Academ. origine, progressu, privilegiis etc. Heidelb. 1656. 4.

Jöcher, Ch. G., allgem. Gelehrten-Lexicon. Leipz. 1751. 4.

Fortsetzung und *Ergänzungen* zu diesem Werke von J. Ch. Adelung u. H. W. Rotermund. Bremen 1813. 4.

Kayser, J. P., historischer Schauplatz der Stadt Heydelberg. Frankf. 1733. 8.

Kurpfalz. Kirchenraths-Protokolle. *mnscr.* F.

Lauter, G. Ch., Versuch einer Gesch. des Reformirten Gymnasiums zu Heidelberg. 1798. 1799. 1800. 8. (Programm.)

(Miegii, L. Ch.,) monumenta pietatis et literaria viror. illustr. selecta. Francof. 1701. 4.

Haec monumenta collegit Ludov. Christ. Miegius (cf. Struv. introd. in notit. rei lit. cap. VIII. §. 25. Feurlein nützliche Arbeiten der Gelehrten im Reich P. I. §. 21. p. 13.); edidit Gerhardus a Mastrich, Syndicus Bremensis (cf. biblioth. Cyprian. p. 634.).

Parei, Dan., histor. Bavarico - Palatina ed. Joannis. Francof. 1717. 4.

Digitized by Google

(Parei, Dav.,) histor. de Academ. Heidelb. una cum vitis Professor., quae auctoris ipsius manu »Heidelbergensis urbis decora« est inscripta. F.

Complura de hoc manu scripto libro reperiuntur apud Wundium in libello, infra laudando: »Beitr. z. Gesch. d. Univ. p. 13.«

Reuteri, Quir., jubilaeus primus Collegii Sapientiae. Hdlb. 1606. 4.

Riesmannus redivivus de Principum Palatinor. origine. Ed. J. H. Andreae. Hdlb. 1787. 4.

Ruhkopf, F. E., Gesch. des Schul- und Erziehungswesens in Deutschl. Th. 1. Bremen 1794. 8.

Saxii, Ch., onomastic. literar. s. nomenclat. histor.-crit. IV. Partt. Traj. ad Rhen. 1780. 8.

Schwabii, J., syllabus rectorr. Academ. Heidelberg. II Partt. Heidelb. 1786. 1790. 4.

Schwarz, F. H. Ch., Gesch. d. Erziehung. 2 Thle. Lpzg. 1813. 8.

Sohnii, G., orat. histor. de fundatione et conservat. Academ. Heidelberg. in: »van Byler libellor. rarior. fasc. I. Groning. 1733. 8.«

Struve, B. G., Pfälz. Kirchenhist. Frankf. 1721. 4.

Wundii, Car. Cas., programm. memorabill. ordin. philosoph. Heidelb. II Partt. Heidelb. 1779. 1783. 4.

— — programm. de orgine et progressu Facultatis Juridicae in Academia Heidelberg. V Partt. Hdlbrg. 1777. 1778. 1780. 1781. 1782. 4.

Wund, F. P., Beiträge z. d. Gesch. der Heidelb. Univers. Besonders genaue Nachricht v. d. Reformat. dieser hohen Schule unter dem Kurf. Otto Heinrich i. J. 1558 aus einer seltenen Handschr. Mannh. 1786. 8.

Wundt, D. L., Magazin für die Kirchen- u. Gelehrten-Geschichte des Kurfürstenth. Pfalz. 3 Bde. Heidelberg 1789. 8.

Wundt, F. P., Geschichte und Beschreibung der Stadt Heidelberg. Bd. 1. Mannheim 1805. 8.

Digitized by Google

Jam ante quam divino moti consilio [1]) Principes Palatini suis in terris humanitatis et literarum studia excitare constituerunt, atque Heidelbergensium civitatem omnium dignissimam judicarunt, in qua haec studia Universitate literarum condenda sedem stabilem et domicilium certum haberent, ludum literarium, in quo via ad altioris doctrinae studiaste rnebatur, hic esse constitutum, indubiis probatur argumentis [2]).

Conradus enim ille, Imperatoris Friderici I., Barbarossae cognomine insignis, frater, omnium Rheni Palatinorum Comitum princeps [3]), qui, priusquam a fratre Palatinatu Rhenano (a. 1155.) investiretur [4]), Heidelbergae in castro antiquissimo supra Jethae sive Juthae collem sito [5]), habitans, urbem amplificabat, adeoque moenibus cingebat [6]), „*Collegium Sacerdotum* (ut referunt Acta [7]) „*in Neuenburg juxta Heidelbergam mutavit in Monasterium Monialium* „*et annuos reditus auxit. Causa mutationis haec fuit: In oppido vo-* „*luit doceri et institui pueros.*"

---

1) Ut ait Tiedemannus. Cf. sacra natalitia Divi Caroli Friderici Heidelbergae a. 1842. celebrata p. 3.

2) Andreæ analectt. p. 8. Hist. Academ. Palat. Heidelb. 1766. 4. Vol. I. p. 377.

3) Guil. Neubrigensis (hist. Angl. l. IV. c. 30) eum dicit „*virum in Imperio summae post Imperatorem amplitudinis*". Crollius Beweiss, dass die Pfalzgrafen bei Rhein noch vor der Wittelsbachischen Regierung die ersten weltlichen Kurfürsten und Reichs-Erztruchsesse gewesen. Frankf. und Leipz. 1786. 8.

4) Tollneri hist. Palat. p. 308. Parei hist. Palat. p. 126. Häusser Geschichte der rhein. Pfalz B. I. S. 53.

5) Tolln. additiones p. 33. Helwigii antiquitt. Laurish. p. 185. Schuch das Grossherzogthum Baden geograph., histor. und statist. geschildert. Karlsruhe 1843. 8. S. 21. 57.

6) Tolln. hist. p. 309.

7) Mutii chronic. p. 143. in Tolln. additt. p. 40.

Digitized by Google

Priscis quidem temporibus scholam, quae quum ad Nicrum fluvium esset condita, *Schola Neccharana* appellabatur sive *Nicrina*, exstitisse compertum habemus [8]; dolorem vero affert, quod ejus initia non satis sunt explorata. In qua, quum celebritatem esset nacta haud exiguam, frequentes externorum atque advenarum, plurimi Heidelbergensium civium pueri primis literarum rudimentis imbuebantur; qui pauperes erant, civitatis liberalitate alebantur [9].

Praeerat scholae praeceptor liberalium Artium Magistri [10] dignitate ornatus [11]. Accedebant „Collaboratores" complures [12],

---

8) Annall. Univ. T. VI. fol. 432. b. Kayser Schauplatz d. St. Heydelberg S. 155. Häusser Gesch. B. II. S. 161 ff. Lauter Gesch. des Gymnas. 1798. S. 9.

9) Riesmann rediv. p. 97. Andreæ analecti. p. 8.

10) Itter de honoribus Academicis. Francof. 1698. 4. p. 17: „*Magisterii titulo non modo qui in Artibus, verum et qui in Theologia desudarunt, antiquitus condecorabantur; donec studiosi in Theologiae, Jurisprudentiae et Medicinae Facultatibus peculiares sibi gradus arrogantes, ut ab Artistis discriminarentur, Doctoris titulum adscivere.*" Erhard Gesch. d. Wiederaufblühens wissensch. Bildung. Magdeb. 1827. 8. B. I. S. 169: „*Die philosophische Facultät ernannte keine Doctoren, sondern Magister (Meister). In der Folge pflegten sich alle diejenigen, welche zugleich die Doctor-Würde in einer der obern Facultäten besassen, auch Doctoren der Philosophie zu nennen.*"

11) Acta ord. phil. T. III. fol. 99. a: „*A. 1521. ad V. Calendas Julias in concione facta tractatum fuit de recentioris sectae* (Scoticae, ibid. fol. 88. a.) „*pro baccalaureatu tentatoribus eligendis et electi sunt Wendalinus Schelling, trivialium scholarum Necchari moderator*", alii. Ibid. fol. 104. b.: „*A. 1522. facta Artisticae Facultatis concione IX. Cal. Jul. omnium dictae Facultatis assessores suffragiis acciti et deputati ad consilium Universitatis Licentiatus Vendalinus Schelling, trivialis scholae Neccari praefectus, philosophiae Magister doctissimus. Eodem anno ad IV. Cal. Jul. concione Facultatis habita et concluso eo, quod tentamen pro baccalaureatu in secta Modernorum* (s. Scot.) *sit aperiundum, selecti sunt Vendalinus Schelling, Heidelb. ludimagister*", alii. A. 1523. ordinis philosophici Decanus idem fuit. Ibid. fol. 107. b. Summum Universitatis magistratum gessit a. 1528., 1533. et 1540. Cf. Schwab syll. P. I. p. 95. 99. 103.

12) Acta l. l. T. IV. fol. 66. b.

Digitized by Google

quibus, ut legitur in Actis, „*honos baculi*“ (baccalaureatus [13])) erat collatus. His magistris salarium ex duorum beneficiorum reditibus, quae vocantur Praebendae, ab urbis magistratu decretum erat [14]).

Heidelberga igitur in iis est Germaniae urbibus, in quibus primis publica schola est fundata et constituta. Etenim reperimus hujus generis scholas institutas esse Gothae a. 1144. [15]), Lubecae a. 1166., Vratislaviae a. 1267., Hamburgi a. 1281., Lignitii a. 1309., Nordhusii a. 1319., Stettini a. 1390., Lipsiae a. 1393., Brunsvici a. 1407., Norimbergae a. 1480., quae eadem Norimbergensis schola a. 1525. a Melanchthone in integrum restituta est [16]), Tubingae a. 1482., Augustae Vindelicorum a. 1500. [17]). Goldbergae scholam a. 1523. Trotzendorfius (Valentin Friedland) instituit [18]) et Francofurti a. 1527. Micyllus [19]); Joannes Sturmius Argentoratenses scholas a. 1537. restituit [20]); schola Ilefeldensis a. 1543.

---

13) Itter l. l. p. 14: „*Baccalaurei, sive ut alii scribunt, Baccalarii, Bacellarii, Bacularii, Bachilarii nomen, uti nemini ignotum, ita etymon ejus et originatio adhuc in obscuro est.*“ Ibid. p. 16: „*Scholasticorum Baccalaurei nominis definitio haec est: Baccalaureus est persona habens dignitatem bajulandi baculum, promovibilis in Magistrum.*“ Ruhkopf Gesch. d. Schul- und Erziehungswes. Th. I. S. 9: „*Man leitet dies Wort von bachelier (bas chevalier) ein angehender Ritter ab; andere von bacca laurea (Lorbeer). Jenes ist wahrscheinlicher.*“ Cf. Bulæi hist. Univers. Paris. T. II. p. 680 sqq. Meiners Gesch. d. hohen Schulen B. II. S. 203. (Gesch. d. acad. Würden).

14) Alting hist. Palat. p. 165. Schwarz Gesch. d. Erziehung B. II. S. 230: „*Die Schulen waren dem* (Stadt-) *Bürger eine Angelegenheit, denn er wollte gerne, dass sein Sohn neben dem Handwerke auch lesen und schreiben, und wo möglich etwas Latein lernte.*“

15) Gesch. d. Landsch. Thüringen S. 362. Lucæ Europ. Helicon. Frankf. a. M. 1711. 4. S. 330.

16) Schwarz l. l. p. 274. V. Raumer Geschichte der Pädagogik. Stuttg. 1843. 8. Th. I. S. 199.

17) Ruhkopf l. l. p. 85. 245. ibique laudata. Erhard l. l. T. I. p. 193. 315. 316. Schwarz l. l. p. 170.

18) Schwarz l. l. p. 283. V. Raumer l. l. p. 199. 217.

19) Vœmel Jubil. d. Gymnas. in Frankf. a. M. Frankf. 1829. S. 5.

20) Institut. lit. T. I. Sturmianus. (Argentoratae scholae restitutae.) Tornii Boruss. 1787. 4. V. Raumer l. l. p. 230.

Digitized by Google

per Michaelem Neandrum, Melanchthonis discipulum et amicum, est aperta [21]); eodem anno schola Portensis [22]) et schola Afrana [23]) sunt conditae, Coronensis a. 1544. [24]), Islebensis a. 1546. [25]). Pforzhemii quoque et Durlachii antiquis jam temporibus scholas fuisse apertas, negari nequit [26]).

Primus vero, quod sciam, magistratus Heidelbergensis fuit, qui scholae praeceptoribus annuum constituit stipendium. Quo honore quod Ruhkopfius ornatum vult [27]) Nordlingensem magistratum, a vero multum abhorret.

---

21) Lucæ l. l. p. 343. De Neandri vita et scriptis consule Schwarzium in libro laud. p. 285. 286. V. Raumer l. l. p. 199. 225.

22) Kirchner schol. Port. saecul. Numburg. 1843. 4. p. VI.

23) Baumgarten-Crusius sacra saecular. scholae Afr. Misenae 1843. 4. p. 64.

24) Dück Gesch. d. Kronstadt. Gymnas. Kronst. 1845. 8. S. 23.

25) Ellendt Gesch. d. Gymnas. zu Eisleben. Eisl. 1846. 8.

26) Vierordt de Io. Ungero. Carolsr. 1844. 8. Sachs Beitr. zur Gesch. d. hochfürstl. Gymnasiums zu Karlsruhe. Karlsr. 1787. 8.

27) Ruhkopf l. l. p. 260. 261: *„Die allerfrüheste Spur einer Besoldung, welche der Stadt-Rath dem Rector ertheilte, kommt zu Nördlingen im Jahre 1443 vor, wo derselbe 32 Gulden rheinisch, doch nur „als blosse Verehrung erhielt, und schon im folgenden Jahre mit der „Hälfte zufrieden seyn musste. Erst 1464 wurde daraus ein fixirter „Gehalt von 32 Gulden. Viel später fing die Besoldung in Memmingen „an, seit 1482; sie betrug nur 4 Pfund Heller, oder ebensoviele Gulden, und wurde vierteljährig ausgezahlt. Man musste diesen Aufwand „von Rathswegen wohl für sehr beträchtlich ansehen, denn der Mann, „für den er geschah, wurde geschätzt; man schenkte ihm sogar 6 Gulden Einstandsgeld. Ungefähr eben so ging es nicht lange nachher in „Frankfurt a. M. Als Wilhelm Nesenius, Melanchthons Freund, „„etwas Verehrung begehrt ein Vierteljahr die Jungen in Poësie zu „„lehren““, wird von Rathswegen beschlossen: „„ihm jetzt 2 Gulden zu „geben, und wo er sich ehrlich hält, wollte der Rath nach Gelegenheit „handeln.““ Nachher (1519) bekam er, „als im Barfüsser Kloster eine „lateinische Schule angelegt wurde, das Rectorat, 50 Gulden jährlichen „Gehalts und freie Wohnung; wobei ihm noch verstattet wurde, „„einen „„Gesellen zu halten, um die jungen Kinder in der Lehr anzuhalten,*

Digitized by Google

Neque vero in schola Nicrina solum, sed etiam in Collegiis, Contuberniis sive Bursis, quae dicuntur (de quibus infra uberius disputabimus), lingua Latina, Graeca, Hebraica, Dialectica atque Rhetorica tradebantur; liberalium Artium Magistris, quibus munus

---

„„*und ihm Jahrs zur Besoldung zu geben, doch eines Söldners nimmer* „„*zu halten.*““ (Cf. Lerssner Frankf. Chronik Th. II. S. 157.) — Lorenz Geschichte des Gymnasiums zu Altenburg S. 20: „*In Altenburg* „*wurde 1525 aus dem Gottes-Kasten* „„*dem alten Schulmeister Ma-* „„*gister Ditterich Reissmann jedes Quatember 10 Gulden*““ *gege-* „*ben; und dem* „„*Newen Schulmeister Petro Sparsbrodt gibt* „„*man ein Jahr 60 Gulden, muss den Baccalauer selbst besolden.*““ Ruhkopf ibid. p. 245: „*In Nürnberg lehrte Heinrich Greninger et-* „*wa 1480, denn der Vater von Bilibald Pirkheimer hatte den Rath* „*dazu vermocht. Er sollte in der Poësie und Oratorie öffentlich unter-* „*richten, und erhielt dafür vom Rathe 100 Goldgulden: eine damals* „*ansehnliche Summe, wovon er wahrscheinlich seine Gehülfen zu besol-* „*den hatte.*“ (Cf. Conr. Celtis descript. Norimb. p. 133. in Opp. Pirkheimeri.) — Ibid. p. 263: „*In den Schul-Ordnungen kommt nie eine* „*fixirte Besoldung vor, und in der Stuttgartischen (1501), Durlachi-* „*schen (1536) & wird der Rector immer bloss auf das Schulgeld und* „*einige Emolumente hingewiesen.*“ Ibid. p. 62: „*Auch in Hamburg* „*musste sich der Rector einzig und allein mit dem Schulgelde begnügen.*“ Herzog Moritzens zu Sachsen dreier Schulen (Pforta, Meissen und Grimma) und in etlichen andern Artickeln Newe Landesordnunge, 1543 gedruckt zu Leipzig. 4. haec habet: „*Einem jeden Schulmeister in die-* „*sen dreien Schulen wollen wir jährlich von denen geistlichen Gütern* „*geben lassen, anderthalb hundert Gülden, einem Baccalaureen hun-* „*dert, einem Cantori funffzig Gülden und darzu einem jeden zehen El-* „*len Tuchs zur Kleidung, auch Essen und Trinken zu der Nothdurfft,* „*und sollen ihnen die Knaben etwas zu geben nicht schuldig seyn.*“ — Ruhkopf ibid. p. 262: „*Einigermassen unterstützte den schlecht besolde-* „*ten Lehrer die Wohlfeilheit der Bedürfnisse. Im Jahre 1500 galt* „*1 Elle lündisch Tuch in Schwaben 22 Schill., 1 P. Schuhe 3 Schill.,* „*1 Elle Leinwand 10 Pfenn., im J. 1526 der Scheffel Korn 11 Gr.,* „*Hafer 8 Gr., 1 Pfund Kalbfleisch 3 Pfenn., 1 Pf. Rindfleisch 5½ Pf.,* „*10 Klafter Holz zu spalten 11 Gr. 6 Pfenn., 7 Gr. 1 P. Schuhe und* „*Pantoffeln, und 21 Gr. ein neues Kleid für einen Pfarrer; für 10 Gr.* „*speiseten 2 Leute wöchentlich.*“ — Wundt Magaz. Th. I. S. 171: „*Das* „*Fuder Wein kostete 10 fl., das Malter Korn 40 kr., das Pfund Och-* „*senfleisch 4 Pfenn.*“

Digitized by Google

scholasticum publice nondum erat delatum, privatim has disciplinas docere licebat [28]).

Floruit autem Schola Nicrina aetate Electoris Friderici I. (1449 — 1476.), qui Victoriosi sive Gloriosi cognomine insignis, et Artis et Martis studiosissimus, in aula sua plurimos et doctrina et prudentia nobiles clarosque viros secum habuit [29]); floruit Electore Philippo (1477 — 1508), qui ab ingenua generosaque animi indole Ingenuus cognominabatur, et „*ne quid Europaeis in scholis*, ut Andreæ verbis utar [30]), *clarum eximiumque esset, Heidelbergam, propositis grandibus praemiis, disciplinas undique et clarissima ex toto terrarum orbe ingenia evocabat*“ [31]). Magna inde hujus scholae existimatio fuit inprimis e praeclara praeceptorum eruditione parta, Ludovico V. regnante (1508 — 1544), cui cognomen Pacifico inditum est. Qui Princeps Elector, Musarum Maecenas, Universitatis nostrae privilegiis confirmatis, variisque Professorum dissidiis, quae in dies ingravescebant, prudentissime et clementissime compositis, omnibus viribus enixus id effecit, ut ne principio bellum in Germania pro religione susceptum exardesceret [32]).

---

28) Annall. l. l. T. VI. fol. 432. b. 433. a. Pfaltzgraf Otto-Henrici Reformat. MS. (de quo libello infra pluribus) p. 314. 321.

29) Riesm. rediv. p. 60 sqq. ibique laudata. Sohnii orat. de Acad. Heidelb. apud C. van Byler in fascic. I. libror. rar. p. 189. 222. Vita hujus Principis, quam collegit P. Hachenberg et primus ex MS. edidit Io. Ph. Kuchenbecker. Jen. et Lips. 1739. 4. p. 15. 16.

30) Riesm. l. l. p. 64.

31) Burckhard de ling. lat. P. II. p. 208. haec scribit: „*Philippus, Palatinus Elector, omnium virorum doctorum amatorem se praebuit, teste Io. Trithemio lib. I. ep. 32.*“ Wundt Magaz. B. II. S. 152: „*Über wissenschaftliche Aufklärung in dem Kurfürstenthum Pfalz. unter der Regierung des Kurfürsten Philipp.*“ Academiam nostram, Philippo regnante, propter pestilentiam, quae in urbem inciderit, Spiram Nemetum aliquantum temporis esse translatam, docet Lehmann. in chronic. Spir. p. 933. Adde Riesm. l. l. p. 63. Hachenberg l. l. p. 244.

32) Riesm. l. l. p. 78. — Sub hoc Electore studia linguarum Latinae, Graecae, Hebraicae in nostra Universitate diligentissime excoli coeperunt. Cf. Sohn. orat. p. 289.

Digitized by Google

Summam vero famam celebritatemque schola nostra tempore illo nacta est, quo M. Joannem Benzium, Suevofurtensem, virum clarissimum et doctissimum, moderatorem habebat, ad quem Jacobus Micyllus [33]) a. 1539. librum „*de ratione examinandorum verborum*" a se conscriptum misit. M. Joannes Nicenius, qui Handschuhshemii, vico non ignobili [34]) prope Heidelbergam sito, a. 1523. natus, quondam Gelnhusii sacris procurandis praeerat, Benzio praeceptore usus est. „*Hic*, ut quae Weissenbergerus [35]) de illo praedicat, ad verbum descripta proferam, „*memoriam Benzii praeceptoris grato se animo complecti saepe declaravit, cum fidem, industriam et gratiam docendi singularem et indefessum in erudiendis adolescentibus studium hujus viri satis se praedicare posse negaret. Inter cetera eo ingenio praeditum fuisse affirmabat, ut suo officio perfunctum se esse minime crederet, si ipse modo pensum suum fideliter absolvisset, nisi hypodidascali quoque sui, quorum opera utebatur, injuncto muneri respondissent. Qua de re, ut in tempore certior redderetur et liquido sibi constare posset, rationem instituendi et docendi pueros, in singulis classibus, non solum ipsum observare et expendere, sed percontari quoque familiariter interdum discipulos solitum fuisse referebat; an paedotribae illis satisfacerent, et utrum sermonem et idiomata docentium, cum alii natione Suevi, alii Franci, alii Belgae et ex aliis provinciis et regionibus oriundi essent, asserentur, nec ne? Quod si culpa vel imperitia alicujus, quisquis is esset, pueros, fidei suae concreditos vel negligi, vel minus in studiis progredi, vel dissoluta praeceptorum vita et lenta socordia corrumpi sensisset, mox tali dimisso, alium magis idoneum (cum apud Academiam in promptu semper essent plurimi) mature suffecisse, et, quibuscunque potuerit modis, commodis et profectui discentium semper consulere studuisse. Prae ceteris vero, quos tum Paedagogium illud*

---

33) Vide, quae de viro insignis eruditionis ac doctrinae commemoravimus in libello, qui inscribitur: „Jacobus Micyllus, Argentoratensis, Philologus et Poëta. Commentatio historico-literaria. Heidelb. 1842. 8."

34) Mühling histor. und topograph. Denkwürdigkeiten von Handschuhsheim. Mannheim 1840. 8.

35) Orat. in obitum M. Io. Nicenii. Francof. ad Moen. 1580. 8. p. 10 — 14. Riesm. l. l. p. 98. 99. Acta l. l. T. III. fol. 144. b: „*A. 1536. Io. Benzius, jurium studiosus, Artium phil. Magister ac Scholae Neccharanae moderator in Decanatum Facultatis Artium est electus.*" Adde Acta laudata fol. 148. a. fol. 158. a.

Digitized by Google

„Nicrinum habuit synergos et collaboratores, uti appellabantur, ope-„ram Chiliani Guntheri, Franci, eo quod maxime esset didacti-„cus, valde probavit, eamque sibi multum profuisse, ingenue fassus „est. Postea Benzius ex paedagogo, fortuna sic volente, designatus „in utroque jure Doctor factus, ad Vangiones Vormatiam se contulit, „ubi incorrupti et nullius persona respectum habentis, Judicis delegati „officio perfunctus, in extrema senecta luminibus captus, ultimum suum „in terris diem clausit vir doctus et bonus, et de pube literaria prae-„clare meritus.“ Haec Weissenbergerus.

Ac divinitus quasi institutum esse intelligimus, ut ea ipsa aetate, qua per literarum studia via ad altiorem religionis cognitionem magis aperta desiderabatur, summi illi viri existerent rectores et rei scholasticae principes, qui omni modo excellerent.

Ex magno enim discipulorum numero, qui ex hujus schola spatiis prodierunt, multi alii atque hi praecipuis laudibus eminent: Joannes Brentius [36]), quem, Vilae, Sueviae oppido, natum, quum annum undecimum ageret, huic scholae, ut optimis artibus imbueretur, parentes a. 1510. tradiderunt; Paulus Fagius [37]), qui Tabernis Rhenanis natus, a patre *„octo baciorum viatico instructus“*, Heidelbergam a. 1515. missus est, ut in hanc scholam reciperetur, in qua septem annos est commoratus; Nicolaus Cisnerus [37]), qui Mosbachii natus hujus scholae usque ad annum 1544. fuit alumnus, quo anno in Collegium Dionysianum receptus est. Haud paucos doctos viros ex schola Nicrina, quae tum illustre Paedagogium fuit, prodiisse Cisnerus saepe praedicabat [37 a]). Itaque aliquanto cupidius

---

36) Linguae Hebraicae a. 1514. Matthaeo Hadriano duce Heidelbergae operam dare coepit. Eodem anno baccalaureatu a philosophorum ordine est ornatus. Quo anno adolescens XV annorum fuit Brentius, quare jure suo in praecocibus ingeniis numerandus est, de quibus Morhofius (Polyhist. P. I. p. 418.) disserit. Vita ejus est descripta in hist. Univers. MS. fol. 111 — 114. Adami vitae Theologg. p. 208. sqq. Andreae spicileg. IV. p. 6. Beischlag Lebensbeschreib. Joh. Brenti. Adde Acta l. I. T. III. fol. 71. b. fol. 90. b. fol. 98. b. Tzschirner und Stæudlin kirchenhist. Archiv 1826. Vierordt, die sieben ersten Jahre aus der Reformat.-Gesch. des bad. Landes. Karlsr. 1839. 8. S. 21.

37) Adam. l. l. p. 99. sqq. Andreae l. l. VI. p. 4. Fagii et Cisneri vitas infra adumbrabimus.

37 a) Cf. Cisneri vita ed. Hotting., de qua infra.

Digitized by Google

Thomas Erastus, de quo infra pluribus disseremus, de schola Nicrina in hunc modum judicat [38]): „*Schola Nicrina fuit semper abjecta, quia nunquam sub Universitate.*“

Quum autem scholae hujus discipuli saepe in civitatem Academicam, ut Acta docent [39]), recepti sint, Brenti, Fagii, Cisneri, aliorum nomina in Albo Academico quoque reperiuntur.

Haec de Schola Nicrina, de qua infra latius et fusius dicendum erit, nunc sufficiant [40]).

---

38) Kurpfalz-Kirchenraths-Protokolle v. J. 1565. fol. 87.

39) Lauterus (Gesch. 1800. p. 45.) ex libro, quem dicunt „*Statutenbuch der Universität*“ fol. 18. col. 1. (mihi nondum tam felici esse contigit, ut illum perspicere potuerim) in medium profert haec: „*Nachdem viele, so noch paedagogicas lectiones hören, nichts minder sich bei dem Rectore Universitatis einschreiben lassen, welches Ihnen auch unverwehrt sein soll, damit dann zwischen Rectore und demjenigen, so dem Paedagogio fürgesetzt, der Straf halber kein Missverstand entstehe, so wollen wir, sofern sie Ihren Tisch und Wohnung in dem Paedagogio haben, dass sie allein von Ihren Praeceptoribus um ihrer begangenen Missethat gestraft werden; wie auch gleichfalls die, so Ihren Tisch und Wohnung anderswo haben, und contra disciplinam paedagogicam oder sonsten etwas geringes, so ferulam verdienet, misshandelt. Da aber dieselben etwas mehreres oder auch wider gemeine der Universität leges pecciren, zu gebührlicher Straf anhalten, und da sich vielleicht andere Fäll, so allhier nicht gesetzt, zutrügen, sollen sich Rector Universitatis und Paedagogiarcha zusammenthun und sich dessen mit einander vergleichen, oder, wo noth, an unss gelangen lassen.*“ — Wund Beitr. z. Gesch. der Heidelb. Univ. Mannheim 1786. 8. S. 100: „*Für das Immatriculiren soll der Student ist er bürgerlichen Standes 10 kr., gehört er zum Fürsten, Grafen oder Herren Stand 1 fl. Einschreibgebühr geben.*“

40) In errore versantur Bernhardus (Irenici Exeges. German. praef. p. III.), Lampadius (Beiträge z. Vaterlandsgeschichte S. 209.), Schwarzius (l. l. T. II. p. 298.), qui ludum literarium Heidelbergae quondam fuisse, quae *Schola Catharina* (Katharinen-Schule) nominaretur eique Irenicum (Friedlib) a. 1518. praefuisse contendunt. Hujus nominis schola hic nulla unquam fuit, sed *Contubernium Divae Catharinae* dedicatum, cujus moderator illo anno erat Irenicus. Cf. Acta l. l. T. III. fol. 88. a. Qua de re plura vide infra, ubi de *Contuberniis* copiosius disseremus.

Digitized by Google

Etenim schola quum philosophorum ordini, sive quod Benzii discessu jacturam fecisset, sive quod scholam cum Universitate conjunctam ordo praeferret, neutiquam satisfecisse videretur, factum est, ut ipso ordine suadente et rogante, Paedagogium a Principe Electore Friderico II. conderetur: id quod ex iis quae sequuntur, luculenter patebit.

I.

De Paedagogio instituto.

Nunquam Te Musae, Friderice Secunde, silebunt,
Antistes quarum tutor et altor eras.
Pacificae Musae placidae Te pacis amantem
Te coluere Ducem, Te coluere Patrem.

Andreae [41]).

Quo tempore Illustrissimus ille Princeps terras Electorales gubernare coepit, Universitas nostra in dies magis a priore statu declinaverat viribusque erat diminuta; ad quam restituendam, promovendam et denuo illustrandam ab illo atque Academiae primoribus viri doctrinae laude clarissimi Heidelbergam sunt vocati [42]), Erasmus ille Roterodamus [43]) a. 1521., qui „*recusavit venire gratiis actis de praeclara erga se voluntate et opinione*“, atque Joannes Oecolampadius [44]), qui Latinae et Graecae linguae Pro-

---

41) Carm. saeculare, quod est in Actis sacr. saecul. Academ. Heidelb. 1787. 4. p. 354. 355. Adde Hub. Thom. Leodii Annales de vita et rebus gestis Friderici II. Francof. 1565. 4. Riesm. l. l. p. 77. sqq.

42) Quir. Reuter. Jubil. Colleg. Sapient. Heidelb. 1606. 4. (Singulae libelli paginae numeris non sunt signatae.)

43) Müller Leben des Erasmus von Rotterdam. Hamburg. 1828. 8. Annall. Univ. T. V. fol. 10. Acta l. l. T. III. fol. 99. Wund memorabb. ord. phil. P. I. p. 24. V. Raumer l. l. p. 93.

44) Vita ejus est descripta in histor. Univers. MS. fol. 72 — 75. Acta l. l. T. III. fol. 103. a. b. Annall. l. l. T. V. fol. 22. b. fol. 29. a, Herzog das Leben Oecolampad's. 2 Bde. Basel 1843. Ullmann zum

Digitized by Google

fessionem suscipere voluit, addita ea lege, ut etiam Hebraica, sive triplici lingua libros divinos interpretandi potestas concederetur, quam tamen potestatem illo tempore (a. 1522.) impetrare non potuit. SEBASTIANUS MÜNSTERUS [45]), Ingelhemio-Palatinus, Patrum Franciscanorum ordini adscriptus, qui alter post BŒSCHENSTENIUM [46]) linguam Hebraicam hic docuit [47]), a. 1529. Basileam abiit, quam in urbem eodem anno SIMON GRYNÆUS (major) [48]) se contulit, qui Graecam linguam ac philosophiam in hac literarum sede erat professus. JOANNES quoque SINAPIUS [49]), qui huic in locum Professoris literarum Graecarum successerat, a. 1531. Heidelbergam reliquit. Latinos scriptores HERMANNUS BUSCHIUS (von dem Busche) [50]), deinde JACOBUS MICYLLUS, uterque humanitatis doctrinae peritissimus, interpretati sunt. Neque vero diu hic sunt commorati et ob stipendii tenuitatem, quod ad vitam honeste et cum dignitate quadam agendam non sufficiebat, et taedio Scholasticorum, quos dicunt, barbariei, quam multi Academiae proceres mordicus retinebant, literarum cultum ipsosque cultores insectantes magis, quam

---

Leben des OECOLAMPADIUS in: „Theol. Studien und Kritiken. 1845. H. I. S. 154."

45) Vita ejus reperitur in hist. Univ. MS. fol. 73 — 75. Annall. l. l. fol. 61. b. fol. 90. a. fol. 130. fol. 163. b. BRUCKER Ehrentempel d. deutsch. Gelehrsamk. Augsburg 1747. 4. S. 137. RIESM. l. l. p. 79. HOTTINGERI orat. de Collegio Sapient. Heidelb. 1656. 4. p. 75.

46) HÆUSSER l. l. T. I. p. 550. BRUCKER l. l. p. 54.

47) WUND l. l. p. 10.

48) J. OECOLAMPADII et SIM. GRYNÆI epistolae amoebaeae de GRYNÆI vocat. Basil. quas inseruit GERDES. hist. Ref. T. III. p. 144. sqq. GRYNÆI vita reperitur in hist. Univ. MS. fol. 77. Annall. l. l. fol. 49. b. fol. 52. b. fol. 83. a. fol. 140. a. fol. 173. a. WUND l. l. p. 7. SAXII Onom. P. III. p. 141. 652.

49) Acta l. l. T. III. fol. 120. b. fol. 121. a. fol. 124. b. Annall. l. l. fol. 279. b. WUND l. l. p. 11.

50) Vita ejus est adumbrata in histor. Univ. MS. fol. 75. 76. Annall. l. l. fol. 43. fol. 103. a. De BUSCHIO ejusque scriptis copiose agunt: HERM. HAMELMANN in orat. de HERM. BUSCHIO, quae CHRIST. HENRICI vitis eruditorum est inserta; JAC. BURCKHARD de ling. lat. P. I. p. 280. P. II. p. 439. sqq. 484. ADAMI vitae Philoss. p. 79. WUND l. l. p. 5. 6. SAXII Onom. T. III. p. 23. 581. V. RAUMER l. l. p. 90.

Digitized by Google

liberaliter adjuvantes [51]). Buschius a. 1526. in Academiam Marburgensem eodem anno conditam commigravit [52]), Micyllus a. 1537. scholasticum munus denuo auspicaturus rediit Francofurtum ad Moenum situm [53]); quae quidem urbs, ut mercatura et quae ejus comites esse solent, opum copia cultusque elegantia semper floruit, ita tunc quidem artium et literarum studia liberalissime aluit et auxit [54]).

Talium virorum ex abitu atque humanitatis studii, quod pristinum eo saeculo nitorem recuperaverat [55]), ex fastidio vel contemptu solitudinem quandam Academiae nostrae accidisse, et juventutis literarum studiosae frequentiam esse imminutam, nemo mirabitur.

Cui incommodo ut occurreret, Princeps Fridericus II., literarum fautor liberalissimus, qui cognominibus Sapientis, Senis et Eloquentis erat clarus [56]), simulac, Ludovico fratre mortuo, Electoralis Palatinatus regimen a. 1544. suscepit, magno studio in Academiam emendandam, ut pristinum decus obtineret [57]), incubuit, dicens, „*se facturum non ut stipendiis Professores, sed Universitati essent Professores*“ [58]).

Hac in re Principem studiis et consiliis duorum virorum potissimum adjutum esse, Hartmanni ab Eppingen [59]), Cancellarii,

---

51) Hæusser l. l. T. I. p. 440. 452. sqq.

52) Annall. l. l. fol. 131. b. fol. 140. a.

53) Vide Micyll. p. 18.

54) Creuzer de Fr. Sylburgii vita et scriptis in novis Actis societatis Latinae Jenens. ed. Eichstædt. Lips. 1806. 8. Vol. I. p. 86.

55) Creuzer in Ephemeridibus Darmstad.: „Allgemeine Schulzeitung, Mai 1832. S. 417.“ Hæusser die Anfänge der klassischen Studien in Heidelberg. Heidelb. 1844. 8. Hagen Deutschlands literar. und religiöse Verhältnisse. 2 Thle. Erlangen 1841. 8. Th. I. S. 79. 278. Th. II. S. 27. 342.

56) Riesm. l. l. p. 77. 81. 83.

57) Pareus l. l. p. 252.

58) Sohn. l. l. p. 291.

59) Hartmannus Hartmanni in civitatem Academicam adscriptus est a. 1492. (Schwab. syll. T. I. p. 79.) Eum jam a. 1517. J. U. Baccalaureum, a. 1519. Decanum ordinis philosophici atque non ita multo post Doctorem J. U. creatum fuisse, satis constat. A. 1523. Professor

Digitized by Google

et M. Henrici Stolonis (Stoll) [60]), Theologiae Baccalaurei, illo tempore ministri sacrorum et Theologiae Professoris munere duplice hîc fungentis, in priore commentatione [61]) jam dixi: hoc loco singula nonnulla in medium proferam ex Actis nostris, quae totam rem copiose et accurate enarrant hunc in modum:

Codicis ordinarius et sequenti anno Universitatis Syndicus (eo enim tempore Codicis Professores plerumque etiam Syndici munere fungebantur) est designatus. (Annall. l. l. T. IV. fol. 246. T. V. fol. 17. fol. 56.) Sed utroque munere jam a. 1527. sese abdicavit. Paulo post in aulam Palatinam vocatus Consiliarii ordinisque equestris dignitate ornatur. A. 1530. quum Fridericus, Comes Palatinus, postea hujus nominis II. Elector, ab Imperii Ordinibus ad Caesarem, tunc in Italia commorantem, mitteretur, Hartmannus comes itineris adjungitur, atque in Italiam quoque cum hoc Principe se contulit. (Leodii Annales de vita Friderici II. p. 140. 200.) In patriam redux Electoralis Palatinatus Cancellarii munere sub Ludovico V. et Friderico II. functus est summa fide, justitia, humanitate, industria. Ob juris scientiam, consilii praestantiam, agendi dexteritatem *Solon Palatinus* celebratur. Mortuus est die III. mense Jul. a. 1547. Vita ejus enarratur in hist. Univ. MS. fol. 64—66. Adde Chytraei descript. Craichgov. p. 519. Wund de Facultat. Jurid. P. III. p. 11. 12. Ejusd. memorabb. ord. phil. P. II. p. 19. Adami vitae German. JCtor. p. 34. Riesm. l. l. p. 84. 85. 86. Flad tentam. p. 14. Häusser Gesch. Th. I. S. 609.

60) Henricus Stolo in lucem susceptus est a. 1489. Dibachii, qui vicus ab oppido Baccharaco non procul distat. Primo Jurisprudentiae operam dedit, postea, plerisque eam deformantibus, „*tanquam ad calumniam, ad vindictae cupiditatem, ad turpem denique quaestum comparatam*“, Theologiae studium aggressus, Heidelbergam a Ludovico V. Electore a. 1526. est ascitus. Ingenio erat miti ac placido. Summa industria curabat, ne quid durius asperiusve a se fieret vel diceretur; nihil tamen intermittebat in concione, ut populus vera doctrina institueretur. Wolfgangus Calixtus, Heidelbergae sacrorum antistes, non dubitavit affirmare, „*Stolonem in docendo proxime accedere ad Lutherum*“. Melanchthon ad Lutherum ex conventu Vormatiensi de eo haec scribit: „*Jam Palatini* (Principis) *concionatorem adversarii audierant: qui et constantiae et eruditionis laudem adeptus est.*“ Senex mortem obiit a. 1557. Cf. Acta l. l. T. III. fol. 144. b. Camerar. in vita Melanchth. p. 200. Adami vitae Theoll. p. 147. Schwab. syll. P. I. p. 100. 105. 109. Häusser Gesch. Th. I. S. 109.

61) In Micyllo p. 25.

Digitized by Google

„Die XIII. Januarii 1545. [62]) Ego [63]) vocatus ad Cancellariam, ita „ut de qualibet Facultate unum mecum adducerem. Adjunxi igitur D. „Georgium Nigri [64]) (Theologorum ordinis Decanum), D. Sebastianum „Hugelium (Hügel) [65]) (Jureconsultorum Collegii Decanum), D. Stepha„num Rottackerum [66]) (Medicorum ordinis Decanum), et Chilianum „(Guntherum) [67]) ex Contubernio Suevico."

---

62) Annall. l. l. T. VI. fol. 389. a. b.

63) Joannes Wagenmann, Alceianus, Medicinae Doctor et Professor, illo anno Rectoris munus gessit. Secundum hoc honore ornatus est a. 1553. Cf. Schwab syll. P. I. p. 105. 109. A. 1536. in numerum Magistrorum est receptus. Acta l. l. T. III. fol. 143. b.

64) „*Georgius Nigri de Lapide leonis, Artium Magister, Theo„logiae Doctor et Professor ordinarius, quartum hoc anno Universitatis „Rector est electus.*" Cf. Annall. l. l. T. VI. fol. 411. b. Schwab syll. T. I. p. 105. Flad tentam. p. 12. Wundt Mag. B. I. S. 62. 63: „*Als „Luther im J. 1518 öffentlich im Augustiner Kloster zu Heidelberg „disputirte, und manche Sätze vorbrachte, die in langer Zeit nicht wa„ren gehört worden, bestritten, nach seinem eigenen Geständnisse, die „Lehrer der Gottesgelehrsamkeit, Peter Scheibenhart, Marcus „Stiess und Georg Nigri seine Sätze mit nicht geringem Scharf„sinn; aber sie konnten die Sensation nicht hindern, welche der Vor„trag Luthers in den Seelen von so vielen feurigen und wissbegieri„gen Jünglingen hervorbrachte, die damals den Wissenschaften zu „Heidelberg oblagen.*"

65) „*M. Sebastianus Hugelius, ex Heiligenstein, pago non „procul Spira Nemetum sito, U. J. Licent. a. 1527. liberales literas in„primis linguam Latinam publice docuit; a. 1528. ordinis philosophici „Decanus fuit; a. 1529. sceptrum Academicum gessit; a. 1530. ad ordi„nariam Digesti veteris cathedram evectus, eidem usque ad annum „1548. summa fide praefuit. Hoc enim anno a Caesare ad Cameram „Imperialem expediendi causas, quas vocabant antiquas, gratia voca„tus, adepta potestate post integrum annum ad Professionem suam „redeundi, Spiram petiit atque extraordinarius Camerae assessor con„stitutus fuit.*" Cf. Annall. l. l. T. V. fol. 184. 186. 189. T. VI. fol. 473. Wund de Facult. Jurid. P. III. p. 18. Schwab syll. T. I. p. 97.

66) Stephanus Rottacker, Vahingensis, Artium et Medicinae Doctor et Professor. Acta l. l. T. III. fol. 83. b. Schwab syll. P. I. p. 105. Flad tentam. p. 14.

67) Melch. Weissenbergerus l. l. de eo haec habet: „*Hujus viri, „qui me quoque prima in artibus laurea donavit et calcar ad graviora*

Digitized by Google

„Ubi ad Cancellarium ventum est, Cancellarius in haec verba orsus „est, Illustrissimum Principem videre, quemadmodum Universitas maxi„mis laboribus et expensis a proavis ipsius instituta, in dies ad interi„tum vergat et collabatur, idque Principem graviter ferre, non diutius „id tolerare posse. Eamque ob causam, quo pacto laboranti studio sub„veniendum sit, consultum. Obtulit igitur libellum, in quo articuli qui„dam proponebantur, ad quos Universitas intra spatium mensis respon„dere debeat" [68]).

Hunc libellum [69]) a Principe Electore ad Rectorem et Universitatis Senatum datum, maxime laudabilem illum quidem ac dignum qui cum lectoribus communicetur, integrum hîc inserere placuit.

„studia capessenda subdidit, ea fuit solertia, ut publicus Professor Ar„tium in Academia Heidelbergensi extiterit, et tandem quoque Licen„tiatus Juris creatus, ob egregiam, quam Judicio Camerae Imperialis „et postea Principi cuidam navavit operam, laudem et famam aliquam „nominis facile sit consecutus." Riesm. l. l. p. 99. Adde Acta l. l. T. III. fol. 156. b. fol. 158. a. fol. 160. a. fol. 161. a. fol. 164. a. Hoc loco cum lectoribus communicare juvat, quae de Licentiatis creandis in Actis nostris reperiuntur: *„Qui ad examen pro Licentia* (quia his licentia data est propter edita specimina Doctoratus gradum assumere) *admitti volebant, „Cancellario aut ei, cui vices suas commisit, sistebantur; etenim exa„men „aperire", ut dicebant, ejusque tempus atque locum indicere „hujus muneris pars erat. Animadverti etiam meretur antiquissimis „temporibus usitatum fuisse, ut Cancellario finito hoc actu mensura „vini Malvaseti cum libra de Zuckaro confecti ab examinandis porrigi „debuerit. Examinatoribus exilis refectio* (sic Acta habent) *in caseo, „pane et forte duabus aut tribus mensuris vini ab iisdem quotidie da„batur."* Cf. Wund memorabb. P. I. p. 28. 29. ibique laudd.

68) Similia in Actis l. l. Tom. IV. fol. 5. a. haec reperiuntur: *„Cum Illustrissimus Princeps Fridericus, Elector Palatinus, „antiquissimae suae Academiae celebritatem ferme abolitam et paulla„tim collapsam sentiret, atque alio modo restaurandam et ad meliorem „statum redigendam intelligeret, idque divino consilio et institueret, „et ad perfectionem tam egregii operis suos potissimum in concilium „adhibendos dignum judicaret, datae sunt ad Universitatem literae, in „quibus Illustrissimus Princeps singularium Facultatum defectus scriptis „contentos audire cupiebat."*

69) Annall. l. l. fol. 389. b. 390. a. Acta l. l. fol. 5. b. 6. a.

Digitized by Google

„Fridrich von Gottes gnaden Pfalzgraue Bey Rheyn,
„Herzog in Beyern, Des Heylligen Romischen Reichs
„Ertztruchsess vnd Churfürst.“

„Nachdem vor lanng verschinen Jharen, Ungeuärlich hundertt vnd „Sechzig, durch Bapstliche vnd Keyserliche Privilegia, Freyheiten vnd „Confirmation, von dem Hochgebornen Fursten, Pfalzgraue Ruprechten „dem Eltern, vnd andern vnsers Churfürstlichen Stammens voreltern, „seliger gedechtnus, vnser Vniuersitet vnd studiumb hie zu Heidelbergk „zu pflanzung gueter künst vnd sitten löblichen vnd fundirt vnd gestifft „milttiglich begnadet vnd Reychlichem versehen worden ist, Und wir „nitt weniger In dero fussstapfen zu dretten, Auch mitt gnaden zu fur„dern, vnd zu handthaben ganntz geneigt, Besonderlich In betrachtung „wie Rümblich es gemeynem Adell, die vor anndern gelärth, kundig, „Erfaren vnd wolgeschickt sein sollen, vnd domitt nitt allein Vnsers „Furstenthums, sondern auch anderer Herschafften in Stetten vnd auff „dem Lande uffwachsende khinder vnd Jugendt, dessgleichen der Hohen „Stifft vnd geistliche Personen, Durch lernung freyer künst vnd frömbder „Hebraischer, Kriechischer vnd Lateinischer sprachen, vbungen in der „forcht gottes vnd Erlicher tugent desto schleuniger vnd fruchtbarlicher „vnterwiessen, gelärth vnd ufferzogen, Auch volgends dieselbigen zu „Furstlichen Regierungen, Besonnderlichen an vnnsern Hoff zu verwal„tung Irer Dienst vnd Ämpter, besetzung der Pfarhen, zu Rechter ver„kündung des Heilwerttigen gottlichen Wortts, auch zu Nottdurfftigen „bericht, erfahrung vnd übung der Keyserlichen Recht, vnd menigk„lichem In Irem anligen vnd beschwernussen dess leibs zue trost vnd „nutz vnd guttem gebraucht werden mögen.“

„Vnd wir aber Jetzundt Nach Indrettung Vnserer Churfürstlichen „Regierung an solchen gelärthen, geschickten vnd woll erzogenen per„sonen nicht geringen abgang vnd mangell spuren, soviel befunden, wo„mit Zeitlichs vnd Stattlichs eynsehens beschieht, es Zu noch weyterem „Abfall vnd gentzlicher Zerrüttung unseres vorgemeldten Studiumbs ge„wisslichen gelangen thett, Solchs so viel müglichen Zufürkommen, „vnd zu besser Ordenungen zurichten, Bedenkhen wir am fordersten „fürderlich zu sein, vns Vrsachen Derselbigen Mengel vnd durch was „fügliche mittel sie gebässert vnd abgewendt werden mochten, Zu er„lernen.“

„Hierumb vnser gnedigs gesynnen Gebietende Ir, Doctor Johan Wa„genmann gemeldter Vniversitet ytziger Rector, wollendt diese Nachge„schriebne Arrtickell jeder Facultät, Collegien und Bursen, was jeder „Zugehörig ist, So bald und Zum furderlichsten furhalten vnd verlessen „lassen, Mit beuelch, das Ir jegkliche Innerhalb nechst volgends Mo-

Digitized by Google

„nats frist nach datto uff Ire furgehaltne Artickel Ire schrieffllich ant-
„wortt vnd grundtlichen bericht verfassen vnd vns vnuerzigklich vber-
„geben.“

Haec Princeps Elector, quibus apprime docemur, qua propensa in literarum studia voluntate ille fuerit.

Tum in Universitatis Annalibus [70]) sequuntur haec:

„XVI. Februar. 1545. Ego (Rector Universitatis) adjunctis quatuor „Facultatum [71]) Decanis D. Georgio Nigri, theologicae Facultatis De-„cano, D. Sebastiano Hugelio, juridicae Facultatis Decano, D. Ste-„phano Rottackero, medicae Facultatis Decano et M. Philippo Rhy-„nero [72]), artisticae [73]) Facultatis Decano, conscendi ad Cancellariam, „ubi ad consiliarios Illustrissimi Principis, nimirum Magistrum equitum „et Cancellarium admissi, praemissa praefatione, omnium Facultatum, „Contuberniorum, Collegii Domus Dionysianae, statuta, ordinationes, „ac in universum ad omnes supra positos articulos, omnium responsa „obtuli. Quibus oblatis, Cancellarius respondit, Illustrissimum Princi-„pem oblata responsa perlustraturum, viamque summa cura ac diligen-„tia excogitaturum, qua Gymnasium [74]) hoc Heidelbergense reflorescere „posset.“

---

70) T. VI. fol. 392. b. fol. 393. a.

71) Bulæi hist. Univ. Paris. T. III. p. 557: „*Facultatis nomen ae-„quivocum est: nam 1) accipitur pro disciplina seu arte, 2) pro col-„legio, corpore, ordine politico Magistrorum in Universitate suffra-„gantium.*“ Adde Hæusser l. l. T. I. p. 193.

72) „*Philippus Rhynerus, Alceianus, a. 1545. ordinis philo-„sophorum Decani munere est functus; a. 1549., quum antea J. U. D. „esset creatus, data est ei altera „Pandectarum sive digesti novi“ „Professio, qua tamen a. 1551. sese abdicavit. J. U. D. et Syndicus „Wormat. obiit Heidelbergae a. 1556.*“ Cf. Acta l. l. T. IV. fol. 4. b. Wund de Facult. Jurid. P. IV. p. 5. ibique laudata.

73) Heumann conspect. reipubl. literar. p. 126: „*In Academiis pri-„mis temporibus duntaxat septem liberales, quas vocant, artes doce-„bantur, quibus philosophia absolvi credebatur. Unde philosophi sunt „dicti Artistae.*“

74) Gymnasii nomine Academiam significari, argumentis confirmavimus in Micyllo p. 29. 30. His adde quae Meiners (Gesch. d. hohen Schul. T. IV. p. 382. sqq.) in medium profert: „*Nach der Entstehung „der hohen Schulen brauchte man von ihnen noch eine Zeit lang den „Ausdruck Schulen. Die älteste Benennung für hohe Schulen als ei-„genthümliche Lehranstalten war Studium. Stellte man sie als privi-*

Digitized by Google

Quum longum sit quaecunque consilia ab Universitate hanc ad rem perficiendam Principi sint oblata, exscribere, satis esse censuimus, ea, quae ad Paedagogium condendum spectant, ex consiliis a philosophorum Collegio eidem propositis in medium proferre [75]).

„XVI. Calendas Aprilis Senatus Facultatis per juramenti religionem „super harum literarum oblatione convocatus est; videbatur enim nego„tium hoc et magni ponderis et omnino tale, quod ad nos praecipue „pertineret. Ideoque ad singula respondendum juxta propositos articu„los Facultas censuit. Cum vero diu esset deliberatum atque de re et „negotio ipso, quia maturiorem videbatur considerationem requirere, „pauca tractata, tandem hoc conclusum est, ut Decanus de iis omni„bus quae proposita essent, aliquid conscriberet, conscripta ad Facul„tatem referret, ut illa limam adjiceret, mutanda mutaret, omissa in„sereret, aut male tractata in ordinem redigeret."

„Paucis post diebus rursus convocata Facultate Artium Decanus „exemplum aliquod conceptus et responsionis Illustrissimo Principi of„ferendae rettulit et legit, in quo quaedam mutata, quaedam silentio „praeterita, adjecta sunt."

„Erant autem haec praecipua conceptus capita, nimirum Principis „divinum scholae recte instituendae consilium Facultati Artium gratis„simum et ex animo optatissimum esse, praesertim quod et ipsa suae

---

„legirte Gesammtheiten, oder Innungen von Lehrern und Lernenden, „oder von Lernenden allein, oder von Lehrern allein vor, so ge„brauchte man schon im Anfange des XIII. Jahrhunderts und gewiss „noch früher die Redensarten Universitas magistrorum et scholarium, „oder Univ. scholarium, oder Univ. magistrorum. Im XIV. Jahrhun„dert war es schon gemeiner Sprachgebrauch, hohe Schulen Univer„sitates oder Universitäten zu nennen. Erst gegen das Ende des XV. „Jahrhunderts fing man an das Wort Gymnasium zu gebrauchen, und „als man im XVI. Jahrhundert die höheren Lateinischen Schulen mit „dem Namen von Gymnasien belegte, so nannte man hohe Schulen „auch Gymnasia sublimia. Die späteste Benennung ist das Wort Aca„demie. In Deutschland wurde es vom Anfange des XVI. Jahrhun„derts an gewöhnlich, hohe Schulen eben so oft Academien als Uni„versitäten zu nennen." LAUTER (Gesch. 1798) S. 29: *„Das Pädago„gium zu Heidelberg veränderte vielleicht seinen Namen in Gymna„sium, als es, da es anfangs zugleich eine Erziehungs- und Unter„richts-Anstalt war, wo Knaben Kost und Wohnung fanden, in der „Folge eine blosse Unterrichts-Anstalt wurde."*

75) Acta l. l. T. IV. fol. 7. a.

Digitized by Google

„Facultatis inopinatas ruinas diu animadvertisset, atque cum his rebus „aliquando remedia quaesivisset, nulla ratione commode emendare po„tuerit [76]); Hebraeum et mathematicum Professorem non magna discen„tium clade desiderasse, atque adeo rogabat Senatus Facultatis, ut in „unum contraherentur Contubernia [77]); abolerentur sectae; Paedago-

---

76) Wundius (memorabb. P. II. p. 2. 3.) haec docet: *„Ordo phi„losophicus ab initio saeculi XVI. usque ad annum 1521. crebras de „instaurandis in hac schola elegantioris doctrinae studiis instituit con„sultationes. Restiterunt quidem sat diu haud pauci superiorum, ut „vocant, Facultatum doctores honestissimis hisce ordinis nostri cona„tibus; aliis pro philosophia scholastica, seu colluvione illa obscura„rum notionum, sententiarum, aridarumque distinctionum, in qua „celsioris cujusdam sapientiae fastigium esse opinabantur, tanquam „pro aris ac focis dimicantibus; aliis alias ob causas in emendatio„nibus scholae nostrae probandis difficilibus ac duris.“* Cf. Act. l. l. T. III. fol. 102. a.

77) Hottinger de Colleg. Sapient. p. 77. 78: *„Erant enim* (eo „tempore) *tria Contubernia sive Bursae: Bursa Dionysiana sive Pau„perum, Bursa Suevorum sive Vetus, et Bursa Nova.“* Acta l. l. fol. 9. a: *„VI. Idus Maji a. 1545. habito senatu propositum est Dominis „de apertione tentaminis iis adolescentibus publicanda, qui primam in „artibus lauream ambirent, estque conclusum, ut sequenti die hujus „rei apud studiosos indicium fieret. Electi sunt tentatores e Contuber„nio Realium M. Arnoldus Obsopœus, M. Conradus Lætus; „ex Suevico M. Chilianus Gunterus, M. Sebastianus Be„ringer; ex Novo M. Erhardus Neyffert et M. Ludovicus „Graff.“* Adde Wund memorabb. P. II. p. 17. 18. Launoius (Jus Academ. Paris. illustratae. Par. 1682. 4. T. I. p. 57.): *„Stipendium di„citur Bursa, nomine tunc communi iis omnibus, qui pecuniae sum„mam aliquam pro laboris mercede vel pro victu acciperent: quare „Stipendiarii seu qui stipendium seu qui pecuniam illam accipiunt, „dicuntur Bursarii. Bursa et Bursarii non antiquae, sed recentioris „sunt Latinitatis nomina, quae ad vitia sermonis pertinent, sed qui„bus posterior assuefacta est aetas. Qui dicuntur Bursarii, dicuntur „quoque Socii, quod societatem invicem habeant, simul versentur, „simul vivant, simul maneant.“* Confer. quoque Adelung vollständ. grammat. krit. Wörterb. s. v. Bursch. — Ruhkopf l. l. p. 189: *„Die „Studenten lebten, wenn der Rector ihnen nicht schriftlich erlaubte „allein zu wohnen, alle in gewissen Häusern, unter der Aufsicht eines „Magisters oder Baccalaureus, welche dahin sahen, dass sie die Vor„lesungen und Disputationen fleissig besuchten. Eine solche Hausge-*

Digitized by Google

„gium institueretur; publicae fierent lectiones augerenturque stipendia „Regentum. Quin et hoc adjiciendum putavit, ut nemo Regentum, qui „honesto se mancipasset conjugio, de officio, quemadmodum hactenus „factitatum erat, cedere cogeretur [78]); postremo et rationes fisci cen„susque Facultatis, qui tum in undecim cum dimidio florenos annuatim „excedebant, significabantur, accepti et expensi communia atque usitata „indicia enumerabantur, atque omnia statuta Facultatis Artium cum per„sonis quoque annotatis offerebantur.“

„Porro [79]) cum haec essent oblata, non erat contentus Princeps „hac malorum enumeratione, quae Facultati nostrae temporum injuria „accidissent, verum expetebat a nobis ordinem et certam deliberatio„nem de studiis Artisticae Facultatis recte corrigendis, mutationibus „constituendis, lectionibus, libris, et professoribus designandis, mensae „et victus ratione commode instituenda.“

„Itaque Decanus facta convocatione petitionem Illustrissimi Princi„pis in senatu recitavit, ubi Facultas ex re censuit, personis aliquibus „cum Decano hoc officii imponere, ut de rebus singulis aliquid consul„tarent, consultata ad integram Facultatem referrent.“

„*sellschaft hiess Bursa, die Genossen derselben: Bursarii (Bursche).* „*Die Bursen hatten eigene Namen, als: die Burse zum Pfau, zur Li„lie, zum Adler.*“ Adde Erhard l. l. T. I. p. 163. Hæusser l. l. T. I. p. 410. Meiners l. l. T. I. p. 104. sqq. (Gesch. der Collegien und Bursen), p. 180. — De Bursis sive Contuberniis infra latius et uberius dicemus.

78) Wund memorabb. P. I. p. 29. 30: „*Vetustissimum ordinis phi„losophorum statutum „supremae laureae philosophicae candidatos“ „jurare jubet: „„quod nullus eorum sit uxuratus““. Inprimis autem „severe cautum erat: Ne magistri Regentes in Contuberniis et Facultate „matrimonio juncti essent.*“ Cf. Acta l. l. T. I. fol. 180. T. II. fol. 107. Hottinger de Colleg. Sap. p. 77: „*Nimio illo rigore, qui ad cathe„dram Academicam et Rectoratum maritos non admisit. Unde cum „Fridericus II. a Pontifice Romano Julio III. a. 1551. Bullam im„petrasset, qua copiam Academiae fecit laicas etiam personas ad „lecturas, excepta Theologica, promovendi, publicas et gratias de„crevit.*“ Haec Bulla est descripta in Annall. Univ. T. VII. fol. 79. a. — 80. a. et Jacobus Curio Hofemianus (de quo infra pluribus), qui a. 1551. summum Universitatis magistratum gessit (Annall. l. l. fol. 66. a.), hac potestate concessa primus est usus. Wund de Facult. Jurid. P. III. p. 16.

79) Acta l. l. fol. 7. b.

Digitized by Google

„Deputati sunt ad hoc viri clarissimi Guendalinus Sprenger, Joan-„nes Geyselbachius [80]), Joannes Dotzlerus (Leontorius), Arnoldus Ob-„sopœus (Koch) [81]), Cubanus, Magistri, suntque ab illis quaedam con-„cepta et ad integrum senatum (Facultatis) relata, ubi judicio habito „quaedam addita, quaedam mutata sunt, et ad hunc qui sequitur mo-„dum Illustrissimo Principi oblata:

„Responsio artisticae Facultatis."

„Cum multa hoc tempore a te divinitus constituta sint, Illustrissime „et potentissime Princeps, tum nihil praeclarius, quam quod tota Re-„publica in optimum statum redacta ad hoc nostrum studium, quod C. „T. majores consilio divino instituerunt, tu singulari prudentia non ex-„colendum modo, sed maximis etiam beneficiis, incredibili liberalitate „ornandum, animum adjecisti, ut tempus hoc omne, quo tuis consiliis, „tua virtute tranquillam trahimus fortunam, honestis disciplinis atque „iis artibus transigeremus, quae et nostrae aetati ornamento et poste-„ritati admirationi essent. Est sane hic tuus conatus, clementissime „Princeps, ac propositum pulcherrimum, quo majorum tuorum gloriam „non solum aemulari, verum et superare videris, ac id quidem cum „nostrorum hominum incredibili gaudio, tum omnium etiam subditorum „non minima utilitate, qui omnes admirabili C. T. cohortantur gaudio „ad perfectionem tam egregii operis, quod non solum nostra tempora „amplectentur, sed omnis etiam posteritas summa cum veneratione in-„tuebitur. Neque vero hoc magis inflammandi tui, quam testificandae „summae exspectationis causa facimus. Quid enim prudentia conari, „quid consiliis gerere, quid virtute conficere possis, non ignoramus. „De voluntate vero tua adeo nihil diffidimus, ut nobis persuadeamus, „te literariae nostrae reipublicae salutem antiquissimam habiturum, id „cum multis rerum argumentis exploratum sit, tum hac in re praecipue

---

80) „*M. Joannes Geyselbachius, Heidelbergensis, a. 1537. „Magisterii corona ornatus, et a. 1540. in Collegium Senatorum philo-„sophici ordinis cooptatus, contractis tribus Contuberniis in unum, „huic Collegio, quod olim Contubernium Realium s. Dionysianum nunc „Principis Collegium dicebatur, ab anno 1546. Regentis loco praefuit; a. „1552. Latinas literas docendi provincia ei est demandata. Idem quo-„que a. 1547. primus inter eos, qui in conjugio vixerunt, ordinis phi-„losophici Decanus fuit. Mortem obiit a. 1564.*" Cf. Acta l. l. T. IV. fol. 22. b. fol. 82. b. Wund memorabb. P. II. p. 21. 22.

81) Flad tentam. p. 15. Cisneri opusc. p. 645, 854. Magistralem togam accepit Obsopœus a. 1542. Acta l. l. T. III. fol. 162. a.

Digitized by Google

„judicatur, quod nostrorum hominum consilia de studiorum ratione, „quae paene collapsa, tuam implorat opem, et retinenda et amplificanda „dignitate C. T. explicari cupias.“

„Ego (Decanus) ergo ad nostrum ordinem, quid nostri causa cu„peres rettuli, ubi diligentia singulari, indefesso studio de restauranda „artistica Facultate saepius sermones contulimus, ac primum ut ab „ipsis ceu literarum elementis, atque graviorum studiorum fundamentis „ordiamur, in constituendo communi Paedagogio nullam operam inter„mittendam putavimus, neque fieri quin illa optime cessura sit, si cla„rissimae tuae provinciae et praefecti et ludimoderatores serio incite„tur, ut enervatis studiorum scholis praesentissimo subveniant remedio. „Quibus in tota provincia salvis, dubium non est, quin publicae Aca„demiae nostrae incolumitas ampliori discipulorum exaucta numero, fa„cile integra retineri possit.“

„Huic autem nostro Paedagogio rite et utiliter instituendo inprimis „conducere arbitrati sumus, tres praefici magistros, quorum auctoritate „et vivendi severitate adolescentum ingenia virtutibus, bonisque lite„rarum rudimentis imbuta sedulo excolerentur, animique vagi et mo„biles coercerentur.“

„In prima ergo classe [82]) (tribus ordinibus erectis) superior „aliquis magister primam docendi Dialectices et Rhetorices initia quam „fieri posset simplicissime curam in se reciperet, lecta et audita cum „adolescentibus iteraret ac repeteret. Et quoniam in uno eodemque „semper detentum esse opere nauseam movet, consultissimum fore cen„suimus eundem praeceptorem, diversis tamen horis, quas praeceptio„nes Grammaticas, adhibitis Luciani Dialogis vel Plutarchi Moralibus, „usui Graecae linguae accommodatis adjicere. Sic enim fiet, ut Latino „sermone cum Graeco conjuncto, in utriusque orationis facultate, si „non pares, initium tamen ad majora adepturi sint maximum.“

„Ejusdem classis juventuti ne styli ratio negligatur, plurimum „prodesset, ut una octoade bis aut ter, epistolas, chrias, locos com„munes, et id genus alia exercitiorum progymnasmata ad Apthonii „exemplum conscribendi onus imponeretur, nec minorem in versibus „componendis operam a discipulis exerceri conveniret.“

„In proximam classem novas Philippi constructiones, prosodiae ra„tionem, Terentii comoedias, selectas Ciceronis epistolas, aut ali„quid ex Erasmo transferendum putavimus, quae crebris repetitionibus „frequenti exercitio idoneis quotidie horis peragerentur.“

„In classem infimam Alphabetarios introduci pueros hoc Paedagogio „indignum censuimus, sed ut pro iis qui vocabulorum notas probe

82) Acta l. l. fol. 8. a.

Digitized by Google

„agnoscere et expedite legere didicissent, Donatus Culmanni, Grammatica Philippi et id genus puerilia fideliter tradantur.“

„Quin et pueriles concertationes triviali studio non incommode inseri possent; essentque admodum frugiferae propter innatam et aemulationem gloriae et ambitionem laudis, si singulis diebus sabbatinis instituerentur.“

„Eundem ad modum ne christianae pietatis ignorantia provectiorem aetatem deteriorem reddat, aut impii puerorum animi, aliás ad vitia proclives, nullo pietatis genere instructi, magis magisque ad scelera prolabantur, catechismum aliquem singulis diebus Solis vel evangelia et epistolas Dominicales certa et idonea hora serio instillari emolumento esset maximo.“

„Verum ad constitutas lectiones convenientes docendi aedes paedagogo assignare consultum foret, ut pueri tanquam inter privatos parietes conclusi, ne licentia evagandi mores attrahant depravatos, sedula contineantur curá.“

„Haec licet prolixius quam decet C. T., utiliter tamen nostro judicio instituta respondemus.“

Jam XV. die mensis Martii ejusdem anni certam et ratam de Academia emendanda sententiam Princeps Elector Universitati aperuit [83]; integrum superest volumen manu scriptum [84], quod inscribitur: „*Reformatio Universitatis de anno 1545.*“, ex quo haec inprimis digna habemus quae commemorentur:

„Auf das obgemelter Künste verordnete Lectiones in philosophia triplici vnd mathematica den discipulis desto verstendiger vnd der Barbaries halber weniger beschwerlichs werde fürgelesen, so ordnen vnd schaffen wir, das alle Lectiones triplicis philosophiae vnd mathematices nicht in den alten, sonder besten Theodori Gaze, Hermolai Barbari, Bessarionis Cardinalis, Archyropoli, oder in paraphrasibus Stapulensis gelesen werden.“

„Demnach der freyen Künste nutzbarliche studia, aus denen alle andere faculteten erwachsen; vast der Ursachen, das solliche der philosophey vnd mathematiker bücher zum theil valsch, Barbare, den discipulis, ja auch den praeceptoribus vnverstendig, aus der griechischen in die lateinischen sprache transferirt seyn, derhalben die lectores von des Texts declaration auf ganze onfruchtbare disputationes de formalibus Scoti, Anthonii, Stephani Bruliffer, Johannis de

83) Annall. T. VI. fol. 395. a.

84) Wund memorabb. P. II. p. 18. 19. Wundt Beiträge z. d. Gesch. der Univ. S. 44. 45.

Digitized by Google

„Magistris, Thome & geratten, die den discipulis zu warhafftigem der „freyen Künste Fundament, auch der andern faculteten lere ganz nichts „erschossen haben, gefallen seint; So ordnen vnd schaffen wir, damit „sollich onfruchtbare Verschwendung des studii Zeit abgeschnitten wer„de, ernstlichen, das die lectores, hindangesetzt aller vnnützen, spitzi„ger questionen vnd argutias, den claren Text„ secundum expositionem „Themistii, Joannis grammatici et Prisciani, Philosophi Averroys et „inter Latinos Jacobi Stapulensis vnd Jodoci Clichtovei den discipulis „vorlesen.“

Verum etiam literae Illustrissimi et optimi Principis Electoris, qui, ut ait Hottingerus [85]), *„de instituendo Paedagogio in Bursa Suevorum vehementer laboravit“*, die IX. mensis Octobris 1546. [86]) ad Universitatem missae, quibus schola nostra est condita, his verbis [87]) continentur:

„Von Gots Gnaden Friderich Pfalzgraw „bey rheyn erzdruchses vnd Churfürst.

„Vnsern grus zuvor Würdiger lieber gedrewer, es „ist vnser gnedigs begehrn befehlende Ir wollent die „schwabenbursz alhir von stund an vnverzuglich mit „den gemachen vnd anderen notturfftigen gepawen „zu erhaltung des new angestellten pedagogij von „wegen der Vniversität zurichten lassen Wollen wir „vns gnedig verlossen. Datum Heydelberg Sambsdags „Dionysij ano 1546.

„dem würdigen vnsers Studiums zu Heydel„berg rectori vnd lieben gedrewen „Doctor Georgen Nigri.“

„Lectis literis deputati sunt D. Petrus Alexander, Johannes Dotz„lerus, Decanus Facultatis Artium, Dionysius (Grave sive Graff) [88]),

---

85) De Colleg. Sapient. p. 39.

86) Rectoris Magnifici munere eo anno Henricus Stolo fungebatur. Schwab syll. P. I. p. 105.

87) Annall. l. l. fol. 427. a.

88) *„Dionysius Grave, Esslingensis, anno 1521. Magiste„rii philosophici lauream accepit; a. 1532. in Senatum ordinis philo„sophici est receptus; a. 1534. ejusdem Collegii Decanus fuit; eo anno „U. J. Licentiatus renuntiatus est; a. 1545. a Principe Friderico II. „linguae Latinae Professoris muneri est propositus; a. 1549. Institu-*

Digitized by Google

„Licentiatus ad perspiciendum, quidnam esset reparandum et aedi„ficandum.“

Neque vero consilia a philosophorum Collegio oblata in omnes partes Princeps Elector comprobavit. Idem jam superiore anno (1545.) Philippi Melanchthonis, „*Praeceptoris Germaniae*“ [89]) consilium „de reformanda ecclesia“ acceperat, in quo

---

„tionum Professio ei est tradita. In linguae Latinae cathedra Mar„tinum Menradum successorem habuit; a. 1551. Academiae Rector „fuit.“ Cf. Acta l. l. T. III. fol. 103. a. fol. 132. a. fol. 137. b. fol. 138. b. fol. 140. a. fol. 148. a. Annall. l. l. T. VII. fol. 393. Wund de Facult. Jurid. P. IV. p. 4. Ejusdem memorabb. P. II. p. 21. Schwab syll. P. I. p. 109.

Licet hic literas ab Electore Ludovico V. ad philosophorum ordinem (Acta T. III. fol. 143. b.) missas subjicere, quarum exemplum hoc est:

„Von gotts gnaden Ludwig pfaltzgraue bey Rheyn, „Ertzdruchsess vnd Churfürst &c.

„Vnsern gruss zuuor Ersamen Lieben getrewen. Wir haben dem „Magistro Dionysio Grauen von Esslingen regenten yn der schwa„ben burss vff seyne angezeigte vrsachen vnd Demüttigs suppliciren „gnediglichen bewilligt vnd zugelassen, Das er on angesehen er sich „yn eelichen stand begeben hatt, noch zwey Jar bemelte regenterey ha„ben vnd verwalten sol vnd mag. Solchs zeygen wir ych gnediger „meynung an, beuelhende, yr wollent yn dabey ruwig bleyben, vnd was „ym davon zu besoldung oder anderm geburt wie biessher die bestimbt „Zeytt aussvolgen lassen. Daryn beschieht vnser meynung. Datum „Heydelberg Freyttags nach Visitationis Mariae Anno 1536.“

„Doch soll disse auss gnaden zugelassen dispensation vnser jüngst „auffgericht ordination hierzu onvergriflich seyn.“

„Den Ersamen Vnsern Lieben getrewen Dechan „vnd andern verordentten der Artisten Facul„tet vnsers Studiums zu Heydelberg.“

„Qua dispensatione praelecta censuit Facultas absque omni reluctatione Illustriss. Principi obtemperandum, et M. Dionysio significatum est, Facultatem in hoc privilegium benigniter consentire.“ (Acta l. l.)

89) V. Raumer Gesch. d. Pädagog. S. 199: „Melanchthons Wirksamkeit aufs Schulwesen.“ Ibid. S. 201: „Melanchthons Lehrbücher.“

Digitized by Google

Melanchthon ad capita sex rem totam coartavit, quorum quintum „de conservandis studiis necessariae doctrinae et scholis erat“ [90]).

Insequenti anno (1546.) Argentorato Heidelbergam Princeps vocavit Paulum Fagium (Buchlin) [91]), civem Palatinum, virum

---

90) Sine ulla dubitatione hoc consilium est „*Reformatio Vittebergensis*“, ut vocatur. Exstat sermone et vernaculo et Latino a Melanchthone confecta apud Bretschneiderum (Corp. Reformator. Vol. V. p. 578. — 643.). In quo consilio inspiciendo quum Altingius (l. l. p. 157.) tum Struveus (l. l. p. 32.), qui separatum consilium Principi a Melanchthone esse missum contendunt, nimium festinaverunt. Inest quoque in Melanchthonis Consiliis s. Judiciis Theologicis a Pezelio editis. Neustad. 1600. 4. P. I. p. 586 — 632. Complura de hoc consilio dixi in: „Heidelberg. Jahrbb. der Literatur 1846. No. 10. p. 150.“ — Melanchthonem vero a Friderico invitatum fuisse, ille ipse in epistola mense Martio 1546. ad M. Collinum (Bretschneider l. l. Vol. VI. p. 95.) data, dicit. Ubi haec sunt: „*Crescunt mihi labores nunc post Lutheri mortem, cumque jam vocatus essem ab Electore Palatino in Academiam Rhenanam, quae est in oppido Heidelberga, in meo natali solo, tamen hic propter multas causas retineor. Et profecto, etsi amo patriam, tamen eo nunc manendum esse duxi, quod, si quo abirem, homines maledici* καὶ φιλόψογοι *mox dicerent, me Luthero mortuo sedem novo dogmati quaerere.*“

91) Paulus Fagius, in Albo Academico nostro Fagini nomine inscriptus, a. 1504. Tabernis Rhenanis in vitam ingressus est, ubi pater ejus Petrus Buchlin ludimoderator erat; matrem habuit Margaretham, filiam Hirnii, civis Heidelbergensis. Paulum anno aetatis undecimo Heidelbergam in scholam Nicrinam commigrasse supra p. 8. diximus: quam quum per septennium frequentaret, usus potissimum viris eruditissimis Joanne Brentio, Martino Frechtio aliisque illustrissimis praeceptoribus indefessam literis operam navavit. A. 1522. primam in Artibus lauream, Frechtio praeside, adeptus est (Acta l. l. T. III. fol. 106. b. 107. a.). Professoris munus in Academia nostra illi deferre in animo erat Friderico III., sed Professores „*papali zelo flagrantes*“, ut ait Hottingerus (de Colleg. Sap. p. 13.), repugnabant: Deinde Martino Bucero in itinere Anglo-Britannico comes exstitit Fagius idemque amicus; de quo quidam dicebant: „*a Paulo apostolo usque ad Paulum* (Fagium) *non surrexit sicut Paulus* (Fagius).“ Plura de eo memoriae tradidit M. Christ. Seyfried in libello, qui est „de vita et meritis Pauli Fagii. Altorf. Noric. 1731. 4.“ In fronte hujus libelli conspicitur numus, in cujus altera parte adumbrata est Fagii imago, in altera haec leguntur verba: „*Pau-*

Digitized by Google

vitae probitate et morum gravitate excellentem, Theologum clarissimum, cujus opera quum in ecclesia tum in Academia emendanda uteretur [92]. Atque hic Principem Serenissimum in omnibus quae molitus est, consilio et opera adjuvit; de ecclesia assensit iis, quae pie et prudenter a MELANCHTHONE constituta erant et praescripta [93]; de Academia vero duplici scripto sententiam suam explicavit, quorum alterum erat inscriptum: „*Deliberatio ac Consilium Reformationis Facultatis Artium Academiae Heidelbergensis. Illust. vestra clementia obsequentiss.* PAULUS FAGIUS"; alterum: „*Forma instauratae scholae Heidelbergensis, quae aperietur Calendis Novembris*" [94].

Hi libelli die XIV. mensis Octobris per Cancellarium Universitati sunt traditi, „*quos legeret, examinaret Principique sententiam diceret*" [95]. In Universitatis Actis, quae supersunt, hi libri ipsi a FAGIO conscripti non reperiuntur. Sola ratio scholarum habendarum ab eodem viro docto elucubrata exstat; nostra lingua „Schulplan" dicunt, cujus exemplum hoc est:

„Paedagogio [96] quatuor gradus erant assignati:
„I. Elementariorum, II. Grammaticorum, III. Latinorum, IV. Ora-
„torum."

„*lus Fagius, Germanus Theologus, ecclesiae Argentinensis pastor,*
„*obiit Cantabrigiae a. 1550. aet. 46. Cremata sunt ejus ossa a. 1556.*"
ANDREÆ spicil. VI. p. 4. 5. FLAD tentam. p. 15. BRUCKER Ehrentempel p. 17. ADAMI vitae Theoll. p. 99. SAXII onomast. T. III. p. 179. 618. JŒCHER Gelehrt. Lexic. s. v. LAUTER Gesch. 1798. p. 18.

92) PAREUS l. l. p. 252. STRUVE l. l. p. 32. SLEIDAN de statu relig. et reipubl. p. 283. THUAN. histor. T. I. p. 46.

93) ALTING. l. l. p. 157.

94) Annall. l. l. fol. 429. a.

95) Ibid.

96) Annall. l. l. T. VII. fol. 414. a. b. 415. a. b. — Consule quoque „Io. HONTERI, primi Reformatoris Ecclesiae Coronensis, Constitutionem Scholae Coronens. (a. 1543.)" in: „DÜCK Gesch. d. Kronstadt. Gymnas. S. 123—139."

Neque injucundum neque incommodum erit disciplinae tradendae formulam a MELANCHTHONE scholae Herzbergensi a. 1538. apte verbis comprehensam hic addere.

Digitized by Google

„I. Primus Elementariorum finem habebat praescriptum, ut legere „et scribere Latine et Germanice scirent pueri, adjicerentque nume„randi principia et canendi vulgarem cantum.“

„Die Schul zu Hertzberg (im Sächsischen Kurkreise) *mag nach „gelegenheit dieser Zeit mit zwo Personen nothdurfftig bestellet wer„den, darum der gemeine Kasten, der denn sonst ein gering Einkom„men hat, diessmahl nicht höher mit mehr Personen zu beladen.“*

„Vnd sollen die zwey Personen die Arbeit also theilen vnd ordnen. „Dieweil itzund drei Classen sind, soll der Schulmeister allein die „zwu Classen versorgen. Darneben soll der Cantor die dritte Classe, „das ist die Jungen Kinder, so erst lesen lernen, mit Fleiss verhören „vnd vnterweisen, und ihn furschreiben, vnd ihre Schriften besehen.“

„Vnd nachdem furnehmlich von nöthen, dass die Knaben gewisse „Grammatici werden, sollen sie dazu gehalten werden, dass sie die „regulas Grammaticae müssen lernen, vnd zu bestimmter Zeit re„citiren.“

„Nehmlich hora sexta sollen die grössern, das ist prima classis, „erstlich nach einander ein regel oder zwu in Syntaxi, wie es die „ordnung bringet, auswendig recitiren. Nach solcher recitation soll „der Schulmeister sein Lection anfangen vnd ein autorem exponieren, „Virgilium oder Terentium oder etwas Ciceronis vnd mag „autores wehlen nach gelegenheit der Knaben, vnd soll abwechseln, „dass so einer aus ist, oder ein Stück vollendet ist, ein anderer au„tor furgenommen werde.“

„Hora septima soll der Schulmeister ledig sein, vnd also dann „der Cantor in die Schule kommen vnd anfahen mit den jungsten, „sie zu verhören, mit Fleiss einen nach dem andern, vnd soll diese „Arbeit also continuiren bis in die Neundte ohngefehrlich, bey zwue „Stunden. Er soll auch alsdenn den Kindern furschreiben vnd ihre „Schriften besehen. Hora octaua soll der Schulmeister wieder in der „Schule seyn, die secundam Classem zu hören. Diese sollen von Wort „zu Wort erstlich auswendig recitiren ein Stück Donat, darnach „ein regel oder zwu aus der etymologia, dass also secunda classis „sei etymologica. Darnach sollen dieselben Knaben den Cato exponi„ren, so viel ihnen des vorigen Tages furgegeben ist, vnd sollen dar„auf etliche nomina vnd verba gewehlet werden dieselbige zu declini„ren und conjugiren, dass die Knaben eine Vbung in der etymologia „haben. Dieses ist die Vormittags Arbeit.“

„Nachmittage

„Soll der Cantor hora duodecima mit allen classibus singen bis ad „primam.“

Digitized by Google

„II. Secundi Grammaticorum finis erat, ut lingua erudiretur his „ferme mediis: Mane ab hora VII. usque ad IX. singuli exercerentur in

---

„Hora prima soll der Schulmeister wieder in der Schule seyn, „vnd soll die Knaben primae classis hören, nehmlich, dass sie expo„niren diejenigen Vers, so ihnen Morgens exponiret sind, dass also „diese hora prima sey repetitoria expositionis. Darnach sollen die„selbigen Knaben gefragt werden, in Syntaxi, dass sie ein Vers oder „zween construiren und regulas anzeigen. Nach dieser Construction „soll man decliniren und conjugiren, vnd soll die Declinatio und „Conjugatio durch beyde Classes gehen.“

„Weil auch den grossen Knaben in prima classe, wie ich wohl „achten kann, von nöthen, die etymologia noch zu lernen, so soll es „damit also gehalten werden, dass sie vor der exposition hora prima „ein Regul oder zwoe in etymologia ausswendig recitiren, denn ob „sie gleich etwas gelernet zuvor, so ist doch diese Vbung vnd repeti„tio den Knaben sehr nutzlich und furderlich. Vnd soll in alle wege „durch den Pfarrer, Predicanten (d. i. den Archidiacon) vnd etliche „vom Rath die Schule beyweilen im Jahr visitiret werden, vnd in„sonderheit mit Ernst darob gehalten, dass die Knaben Grammaticam „regularem lernen, daran sehr viel vnd merklich gelegen.“

„Eine halbe Stunde nach prima soll der Cantor anfahen, aber„mahl die jungen Kinder zu hören nach einander, vnd ihre Schrifft „besehen.“

„Hora secunda oder halbe tertia soll der Schulmeister den Knaben „in secunda classe im Catone oder fabulis Esopi exponiren, wel„ches von ihnen des andern Morgens soll angehört werden.“

„Der Cantor soll den Kindern im Latein furgeben. Die zwu Clas„ses sollen gezwungen werden, latine zu reden, vnd besonders in der „Schul, darinn der Schulmeister vnd Cantor mit ihren Knaben sollen „latine reden, so viel die Knaben vernehmen können.“

„So aber die erst Classis, nehmlich die grossen, so zunehmen, „dass auch die Dialectica mit ihnen anzufahen, Ist leichtlich rath zu „finden, wie das zu ordnen seyn soll, Nehmlich dass sie Morgens „hora sexta recitirten Dialecticam, vnd würde die expositio autoris „transferiret in die Abend Stunde hora secunda, Aber dann müste der „Cantor beladen werden, dass er in secunda classe den Cato oder „fabulas Esopi exponirte. Doch ist damit, wie ich vernehme, noch „nicht zu eilen, vnd soll solches zu derjenigen Bedenken stehen, so „die Schul visitiren werden, nehmlich des Pastoris, Predicanten vnd „des verordneten vom Rathe.“

„An Mittwoch Morgens soll der Cantor die zwu Classes den klei-

Digitized by Google

„facillimis declinationum et conjugationum formis. Ab hora XII. usque „ad I. conferrent inter se pueri. Ab hora I. usque ad II. recitarent

---

„nen teutschen Catechismum lassen ausswendig lernen, vnd ein Stück „alle Mitwoch hören. Dabey sollen Schulmeister und Cantor die Jun„gen alle hören beten Pater noster, Credo, Decalogum, die zwu Clas„ses latine, die jungsten deutzsch.“

„Am Sonnabend Morgens soll der Schulmeister den zwu Classibus „das Dominical evangelium grammatice exponiren, vnd die schweren „Wörter oder constructiones fragen vnd decliniren, auch dabey die „Knaben von der Materia, als dem Fide, oder von guten Werken, „von gebeth, Gehorsam, Straffe & kurtze Erinnerung thun, Und be„sunder soll dieses mit Fleiss geschehen vor den Festen Natalis Do„mini, Epiphania, Pascha, Ascensio, Pentecostes, Johannis Baptistae, „Michaelis &, damit der Jugend mit den Festis die historia Euangelii „wohl eingebildet werde, vnd sie gewohnet, zu den Festen mehr reve„renz vnd Lust zu haben, wie solche Disciplin der Jugend sehr nutz„lich ist, Lieb zur Religion zu pflantzen.“

„Wu nun ein Erbar Rath samt dem Pastor vnd Predicanten be„findet, dass diese Ordnung nutzlich vnd also darauff schliessen will, „so ist der Herren Visitatoren bedencken, das, so sich jemand dieser „arbeit beschweren vnd sich nicht mehr will beladen lassen, dass ein „Erbar Rath samt dem Pastor und Predicanten denselben alsobald sei„nen Urlaub geben vnd andere Person annehmen, Und soll allezeit „ein Erbarer Rath samt dem Pastor vnd Predicanten Macht haben, „solche Ordnung nach gelegenheit zu bessern, vnd wo sie es beden„cken, der Visitatoren Rath weiter davon haben, Aber der Schulmeister „vnd Cantor sollen ohne Bewilligung eines Erbarn Raths vnd Pastorn „vnd des Predicanten nichts endern. Actum Freytags nach Valentini „1538.“

„Dem Original sind die Worte beigefügt: „„Solch hievor beschrie„ben Ordnung hat der Herr Philippus Melanthon mit seiner „eigen Hand gestellet und D. Martin Luther sich unterschrieben.““ Kœhler Beitr. zu d. deutschen Literatur. Leipz. 1792. 8. Th. I. S. 217—221. Kœhlerus idem haec (ibid. p. 215.) docet:

„In seinen Vorlesungen empfahl Melanchthon oft den Grund„satz des Fabius: „„Grammatik ist die Mutter und Pflegerin aller „übrigen Künste und Wissenschaften. Wenn man diesen Grund nicht „sorgfältig legt, so muss alles, was darüber aufgebauet wird, zusam„menstürzen.““ Den Schullehrern konnte er kein grösseres Lob er„theilen, als wenn er sagte: Sie bildeten geschickte Grammatiker! — „Bey Kirchenvisitationen erforschte er sogar die grammatische Kennt-

Digitized by Google

„aliquot vocabula ex nomenclaturis Philippi, easque mane omnes ad „formas declinationum et conjugationum referrent. Ab hora III. usque „ad IIII. discerent legere et scribere Graece. Postea succederent etiam „generales formae declinationum et conjugationum scholae Argentinensis.“

„Et hoc ad medium annum.“

„Postea mane a VII. usque ad VIII. Grammatica et Syntaxis Philippi, „ab hora VIII. usque ad IX. selectae epistolae Ciceronis.“

„Idque per sex menses.“

„Post Terentius per totum annum. A prandio ab hora XII. usque ad „I. conferrent, a I. usque ad II. Grammatica Clenardi, a III. usque ad „IIII. selecti Dialogi Luciani, neque dimitterentur, antequam essent „Grammatici.“

„III. Tertii Latinorum finis erat, ut proprietas et puritas Romani„sermonis acquireretur. Media autem haec essent: Mane hora VII. le„gerentur arctiora praecepta Grammatices, eaque praesertim, quae ad „phrasin linguae spectarent. Post etiam passiones dictionum et ratio„nes carminum. Ab VIII. ad IX. Ciceronis epistolae et Philosophica „aliqua, in quibus proprietas diligenter ostenderetur. Ab hora XII. us„que ad I. conferrent. A I. usque ad II. Syntaxis Varini Graeca. A „III. usque ad IIII. Isocratis orationes.“

„Et haec priore anno.“

„Altero mane hora VII. Georgica et Bucolica Virgilii, VIII. in Cice„rone. Ab hora I. usque ad II. de idiomatis linguae Graecae. Post „succederet in eundem locum Hesiodus. Ab hora III. usque ad IIII. „Isocrates ut supra. Mitterentur hinc, cum puritatem linguae Latinae „scribendo et dicendo mediocriter exprimerent, Graece intelligerent.“

„IIII. Quarti gradus, Oratorum, finis erat, ut lingua erudiretur et „perficeretur.“

„Media haec erant:

„Mane ab hora VII. usque ad VIII. tabulae brevissimae Dialecticae. Ab „hora XII. usque ad I. conferrent. Ab hora I. usque ad II. tabulae „Rhetorices. A III. usque ad IIII. Demosthenis orationes faciliores.“

„Et haec ad medium annum.“

„Post succederet mane ab hora VII. usque ad VIII. Dialectica Sturmii. „Ab hora VIII. usque ad IX. orationes graviores Ciceronis. A I. usque „ad II. Rhetoricae partitiones Sturmii. Ab hora III. usque ad IIII. De„mosthenis graviores orationes.“

„niss der Prediger, und wenn die Untersuchung seinen Wünschen nicht „entsprach, so fiel das Urtheil in den Visitationsacten dahin aus: „„Ist geschickt und fleissig in seinem Amte erfunden worden, aber „kein Grammaticus!““

Digitized by Google

„weren also diesselbigen regentes contuberniorum pro Baccalaureandis „otiosi Vnd deren Stipendia vergebens angestellet, oder musten war„ten, biss Inen auss solchem Imaginario pedagogio allererst uber viell „Jar schuler zugeschickt wurden, die zuvor, wie gemelt, summum ge„nus dicendi Latine erlangt, und griechisch verstunden &c, welches sehr „langsam gescheen wurde.“

„Es wurden auch die Regenten sampt den preceptoren des pedago„gii dermassen mit arbeit der lection beladen; dass Inen nit woll müg„lich neben solchem Irem Ampt eynicher obern Facultet anzuhangen, „deren lectiones neben der Regenterey Zuvisitiren, wie bisshere be„scheen, dardurch das die oberen Facultates auch In abgang mit der „Zeit wachsen wurden vnd ganz ersitzen, zu schmelerung, hön vnd „spott der Vniversitet, vnd Ew. Churfl. Gn. Furstenthumb nit zu gerin„gem nachteyl.“

„Dan solte der Regenten und Preceptoren Pedagogii Ampt vnd ge„schefft allein sein leren, Vnd nit auch lernen [102]) in den Obersten „Faculteten, So musten ye die obersten Faculteten Mit der Zeyt er„sitzen one Junge setzling, wie loblich aber das sein wurde, hat Man„niglich zu ermessen, Insonderheit, ob es nit dohin gericht, das gra„dus, dignitates, magisteria &c In den privilegirten Vniversitatibus wur„den abgehen, Vnderdruckt vnd Zu Nicht gemacht.“

---

FRIDERICO II. in Electoratu gubernando successit [151]) OTTO HENRICUS, ex fratre ejus RUPERTO PALATINO, Bavariae Duce, nepos; Magnanimi cognomine insignis. Qui bonarum artium ac literarum studia fovens earumque clementissimum et munificentissimum fautorem se praebens, in id maxime incubuit, ut viris doctrinae laude clarissimis aliunde ascitis artes liberales et ingenuas in Palatinatu redintegraret [152]); idem de Universitate restauranda atque emendanda egregie est meritus [153]). Hoc optime docet ipse Princeps GEORGIUS JOANNES, Comes Palatino-Veldentinus [154]), qui primus in Matricula, ut aiunt, nostra Rector Magnificentissimus „ex augusta familia Palatina“ salutatur [155]), in oratione „*de scholae restaura-*

---

150) De OTTONE HENRICO in carm. saecul. in Actis supra laudd p. 355.

151) PAREUS l. l. p. 257. RIESM. l. l. p. 89. sqq.

152) ALTING l. l. p. 163. PAREUS l. l. p. 257. BURCKHARD de ling. lat. P. I. p. 409. STRUVE l. l. p. 53.

153) Complura de Universitate restauranda attuli in MICYLLO p. 36.

154) Fragmente von dem Leben, Schicksalen, Abentheuern und Ende Herzog GEORG HANSENS pfaltzgrafen zu Veldenz; in von MOSER's patriot. Archiv P. XII. p. 1—172.

155) Annall. l. l. T. VII. fol. 283. b. Ex ordine Professorum WENDALINUS HEYLMANN Prorector Principi adjunctus erat. SCHWAB syllab. T. I. p. 113. — „*M. Wendalinus Heylmann de Richartshausen, qui „jam a. 1515. in hac nostra Academia studiis operam dare coepit, „a. 1518. Magisterii insignia accepit.* (Acta l. l. T. III. fol. 82. a.) *A. „1527. philosophorum ordini Decani loco praefuit; a. 1537., antea J. „U. D. creatus, nova jura interpretandi munus et a. 1543. Decreta„lium Professionem adeptus est. Summum Academiae magistratum*

Digitized by Google

tione" habita. Haud abs re nobis est visum, epistolam ad Electorem Ottonem Henricum, quae huic orationi praemissa est, hoc loco cum lectoribus communicare [156]).

„Illustrissimo Principi Ottoni Henrico, Comiti Palatino „Rheni &, consanguineo ac Patri colendo Georgius „Joannes, Comes Palatinus Rheni, S. P. D."

„Hesterno die, Princeps Illustrissime, Parens optime, in hac Tua „Academia, cui superiori anno ut praeessem, honorario saltem magi„stratu rogatus sum, scholam habui, in qua bonis literis literarumque „studiosis publice gratulatus, praeclarum Tuum de hoc Gymnasio in„staurando atque amplificando consilium et institutum, cujus jam leges „edidisti, exponens videor tam bono laetoque praeconio auditores com„movisse. Eam vero qualemcunque oratiunculam cum ad alios quoque „manare debere audirem et multos id optare intelligerem, in primis „faciendum mihi esse visum est, ut ad Te, quem hujus rei auctorem „laudamus, ego qui Tibi omnia debeo, rem totam verecunde referrem, „minime quidem ignorans, non esse hujus meae tam adhuc infirmae „aetatis rei magnitudinem aut cogitatione aut oratione consequi, spe„rans tamen et voluntatem erga literas et observantiam erga Te meam „et utriusque testificationem hoc ineuntis anni novi auspicio gratam „Tibi fore. Vale. Heidelbergae V. Calend. Januar. 1558."

Si qui vero sunt, qui Ottonem Henricum Paedagogium, quod admodum tenuia, ut vidimus, sub Friderico II. habuit initia, amplificasse statuerint [157]), hi omnino falluntur. Etenim primo quidem de Paedagogio emendando Princeps ille cogitabat, ac „forma „Paedagogii cum Contubernio conjungendi" conscripta exstabat,

---

„quater gessit. In ejus libello supplici legitur: „„Cupio autem qua„draginta florenos e Fisco Universitatis pro salario mihi dari, una „cum plaustro medio vini inserini Neapolitani, Gänsfüsser." " E „vita egressus est a. 1561." Cf. Annall. l. l. T. VI. fol. 126. b. fol. 337. T. VIII. fol. 42. Wund de Facult. Jurid. P. IV. p. 1. 2. Riesm. l. l. p. 88. Schwab syll. P. I. p. 98. 101. 105.

156) Haec oratio prodiit Heidelbergae ex officina Joannis Carbonis, typographi, 1558. 4.; reperitur quoque in (Büttinghausen) Miscellis historiae Universitatis Heidelbergensis inservientibus. Heidelb. 1785. 4. P. 1.

157) Andreae spicil. IV. p. 23. Alting l. l. p. 165. Struve l. l. p. 54.

Digitized by Google

„in Reformationis libro [158]), quem Elector Otto Henricus Rectori et qui-„busdam Academiae senatoribus ante publicatam reformationem legen-„dum exhibuerat“ [159]). Haec ipsa „*forma Paedagogii instituendi*“ reperitur quoque in Universitatis Annalibus [160]), quam integram hîc nobis inserendam censuimus.

„Von dem Pädagogio vnd wie es domitt solle gehalten „werden.“

„Weitter aber wo es fur Rathsamer vnd Nutzer angesehen wurde, „Das dieweil sich vilmals zutregt, sonderlich aber zu diesen Zeitten, „Das die Jungen Studenten, so hieher zur schul vnd lehre geschickht „werden, Auch vnserer Burger vnd Anderer ehrlicher Leuth Kinder, so „in die Burshen zu gehn begern, obgemelten Lectionibus noch zu „Jung vnd schwach erfunden werden, Vnd dernhalben der lateinischen „Grammatick vnd deren Übungen ettwas ferners noch vonnotten haben, „demselben noch ein aigen vnd sonderlich Paedagogium fur vnerfahrne „vnd vngeubte Jungen solte angericht vnd gehaltten werden,

„So ist derwegen vnser wille vnd Mainung, das solch Paedago-„gium bey der Bursen vnd gleich als vnnder einem Dach solle gehal-„ten, vnd von dem Contubernio viler beweglichen Vrsachen halben „nicht abgesondert, sonder solcher Paedagogus den Andern Regenten „gleich gezelet, auch gleicher massen wie dieselben angenommen vnd „besoldet werden, Vnd alsdan er selber sampt einem Collaboratore, „welcher ein Magister oder zum Wenigsten ein Magistrand sein, Vnd „anderst dan mit Vorwissen vnd bewilligung der Facultet nit uffgenom-„men vnd bestellet werden soll, Das Paedagogium an einem gelegenen „Ort In der Bursen versehen vnd halten, Aber doch seine aigene vnd „vnderschiedene Lectiones wie hernach volgt exerciren vnd haben.“

„Vnd so es alssdan dem kosten vnd der besoldung, Das ist Im „Fisco oder gemeinem seckel zu hoch vnd schwer lauffen wolt, wan „man neben dem Paedagogio vier Regenten begunde oder furfhure zu-„halten, mochte man demnach den Letzten oder Viertten Regenten „vnderlassen, vnd dem Dritten vnd Jungsten aus der Lateinischen „Grammatick allein die Construction, aber die Etymologi des abends „zur letzten stunden alternis wie obstehet, zu lesen vnd exerciren „heimgeben vnd beuehellen.“

---

158) Volumen manu scriptum asservatur, quod inscribitur: „*Pfalzgrauen Otto Henrici Reformation der Universität zue Heydelbergkh von 1558.*“ Cf. Wund Beitr. zu d. Gesch. der Univ. p. 46. sqq.

159) Annall. l. l. T. VII. fol. 411. b. fol. 412. a.

160) Ibid. fol. 416. a. — 418. a.

Digitized by Google

„Mit dem Paedagogio aber so dasselbig furgenomen vnd angerichtet „wurde, soll es Jeder Zeitt diser Weyse vnd Ordnung nach gehalten „werden, Namlich das darinnen Jedes tags vier Lectiones, zwo vor „Mittag vnd zwo Noch Mittag altem brauch nach gehalten werden."

„Die Erste des morgends sommers Zeitten umb sechse, des Win„ters zu sieben, darin die Etymologica praecepta auss der Grammatick „Melanthonis oder Dergleichen gelesen, vnd von den Jungen von wort „zu wort Jedes ein halbe stund wie In solchen schulen breuchlich re„citiert werden sollen."

„Die Ander des Sommers von Achten bis auf Neun, des Wintters „von Neunen biss auf Zehen, Darinnen Epistolae Ciceronis oder de „Amicitia et Senectute, Item Officia, zu Zeitten Auch ein Fabel aus „dem Terentio oder Plauto den Jungen sollen furgelegt, Daraus De„clinationes et Conjugationes vnd was denselben Angehörigk, Jedes „wie obsteht ein gutte halbe stunde exerciert vnd gemacht werden."

„Die Dritte Lection soll nach mittag von Zwelffen bis nach einer „Uhrn, oder von einer bis auf zwo Uhren gehalten vnd darinnen die „praecepta syntaxis vnd prosodiae aus obgemelter Grammaticken furge„lesen vnd demnach wider wie obgemellt von wort zu wort recitirt „werden."

„Die Letzte soll des Sommers von vieren bis uf funf, des Wintters „von dreien bis uf vieren gehalten vnd darinnen den Jungen Bucolica „Virgilii, Calpurnii, Nemesiani vnd dergleichen, Item Epistolae Ho„rati prioris libri, Ovidii libri de Ponto et Tristibus furgelesen vnd „wie obgemellt, die halbe stund hinauss cum exercitio Constructionis „vnd Prosodiae repetirt werden, Vnd dieses alles die gantzen wochen „vber, Ausgenomen den Mittwochen vnd Sambstag, uf welchen namlich „den Mittwochen vnd Sambstag vor mittag die Jungen sollen Ihre fur„gegebenen Materien vnd Teutsche Argumentt ins Latein gepracht wie „hernach folgt ufweisen vnd zeigen, den Sambstag aber nach mittag „ein Caput Im Catechismo repetiern vnd hören."

„Vnd diese Lectiones vnd exercitia sollen also vnder den Paedago„gum vnd seinen Collaboratorem ausgetheilt werden, das deren ein „Jeder des tags zwo Lectiones versehe, der eine die praecepta lehre „vnd repetiere, der Andere die authores, beide aber Mitwochs vnd „Sambstags die Scripta der Discipel recognosciern vnd besichtigen, die „excess vnd fharlessigkeit straffen, vnd hieneben alles was einem from„men schulmeister [161]) zustendig sich bevleissen."

---

161) Lœber Histor. von Ronneberg p. 487. (Ruhkopf l. l. p. 105.): *„Der Name Schulmeister blieb noch bis ins 17. Jahrhundert für den „Rector einer lat. Schule üblich. Als 1657 der Titel Rector auf kur-*

Digitized by Google

„Dafur dan ein Jeglicher Junger oder schuler alle halbe Jar zu „Past, ein halben gulden, gleich wie die andern Contubernales vnd „Bursanten, Vnd dan weitter, wass sich fur Holtz einem Jeden ein„woner der Bursen pro rato geburt, oder so er ein ausswerdiger wer, „den ganzen Wintter ein Ort [162]) oder Drittheil, nach Anzale der „Mening (Menge), eins gulden erlegen vnd bezalen soll. Uss wel„chem Past der Collaborator oder Helffer entricht vnd besoldet, vnd „das uberig zu dem andern Past vnder die Regenten sambt den Paeda„gogen, wie hernach steht, zugleich geteilt werden.“

„Vnd also dis Paedagogium wie obgemellt In der Bursen in eim „sondern gemach gehalten werden, so lang bis ein aigene stuben in ob„gemellter Bursen gebauet wurd, welche auch zu bauen die Univer„sitet, sobaldt sie etwas aus dem Neuen Fisco erobert vnd fur sich ge„spart wirdt haben, furnemen solle.“

Postea vero Princeps iis, quae de Paedagogio denuo instituendo in volumine modo laudato erant conscripta, „cancellatis“, ut est in Actis [163]), quidquid Paedagogii supererat, delevit et exstinxit, quod ex his quae sequuntur, apparet.

„Was aber die Grammatic [164]), Dialectic vnd Rhetoric betrift, wie„wohl dieselben nit weniger Vleiss bedürffen, vnd zum fürnemsten iderzeit „explicirt vnd gelert, vnd derhalben auch deren ein jde, mit einem „besondern vnd offentlichen Professor, gleich denen andern bestellt „werden sollten: Jdoch lassen wir es bei der hergebrachten Ordnung „vnd Weisse bleiben: nemlich dass dieselben in einem iden contuber„nio, soviel die praecepta vnd erste derselben Institution belangt, exer„cirt vnd geleret werden.“

Et paulo post:

„Wo nun dieser Ordnung [165]) ernstlichen nachgesetzt, vnd die

---

„fürstl. Befehl in Sachsen eingeführt wurde, sagte Jacob Spizel „in Ronneberg: „„Ich bin ein Schulmeister vociert, ich will als ein „Schulmeister sterben.““

162) Adelungius (grammat. krit. Wörterb. Leipz. 1777. 4.) sub voce haec docet: *„Ort ist eine Münze, welche gemeiniglich der vierte „Theil einer grössern ist. In vielen Gegenden Ober- und Nieder- „Deutschlands ist der oder das Ort der vierte Theil eines Reichstha„lers, daher eine Münze, welche 6 Gr.* [15 Kr.] *gilt, auch ein Orts„thaler* [Ortsgulden] *oder ein Reichsort genannt wird.“*

163) Annall. l. l. T. VII. fol. 412. a.

164) Ott. Henrici Reformat. Univ. l. l. p. 314.

165) Ibid. p. 321. Wund memorabb. P. II. p. 25. 26.

Digitized by Google

„Grammatic baider sprachen vleissig gelehrt, auch nachmals mit der „Exercitation des Schreibens vnd Componirens, wie in den Schulen „gebreuchlich gepracticirt wurdet, so erachten wir, dass es einigen „weitern gemainen oder sonderlichen pedagogiums gar nicht bedörffe, „sonder die auswertige Kinder vnd Jugendt, sambt denen so im Con„tubernio wonnhaftig, mit den Bursalibus neben denn offenen vnd ge„meinen Lectionibus der Mathematic, philosophie, poëtic vnd der Grie„chischen sprache [166]) vollkommenlichen reichlich vnd genugsam ver„sehen sein, es weren dann Alphabetarii oder Donatisten, die werden „bey der Statt schulen vnd sonst jre Vnterweissung auch finden mö„gen. — — Dann wir sonnst die paedagogia, als etwann deren zuvor „geordnet worden, umb oberzelter Vrsachen willen hiemit aufgehaben „vnd abgethann haben wollen.“

Sed institutio puerilis ne quid detrimenti caperet, Scholam Nicrinam, quam supra [167]) diximus, idem Princeps auxit ejusque fructibus alios insuper addidit [168]).

Neque silentio praetermittere licet, quid omnino in scholis melius constituendis idem ille praestiterit [169]). Namque in usum scholarum, quae Latinae tum appellabantur, certam disciplinae tradendae legem institui jussit [170]). Hanc scholae legem quum ra-

---

166) „*Princeps Elector Otto Henricus voluit, ut quinque pro„fessores publici in Facultate Artium essent, quorum unus literas „Graecas, alter Ethicam, Physicam tertius, quartus Mathesin, et „quintus tandem Poëticam et Oratoriam publice profiteretur, lingua „Hebraica, quam sanctam nominant, tum quidem theologis relicta. „Grammaticam utriusque linguae, Dialecticam atque Rhetoricam Re„gentes privatim in Contuberniis docere tenebantur.*“ Cf. Ott. Henr. Reform. p. 300. Wund memorabb. P. II. p. 25.

167) Pag. 2. 6. sqq.

168) Alting l. l. p. 165. Riesm. l. l. p. 97. ibique laudata.

169) Büttinghausen l. l. p. 71. haec ex Actis profert: „*Per sin„gulas suarum ditionum ecclesias, publicis expensis, impressa Biblia „et Catechismos ad populi et juventutis certiorem institutionem Otto „Henricus dispersit.*“ Tum: „*Lectiones publicas Bibliorum in ec„clesiam reduxit.*“ Adde Hæusser Gesch. P. I. p. 643.

170) **Schulordnung.** Wie dieselbige in des durchleuchtigisten Hochgebornen Fürsten vnd Hern, Hern Ottheinrichs, Pfalzgrauen bei Rhein & Chur vnd Fürstenthumben gehalten werden soll. 1556. 4. Ad calcem haec verba sunt adjecta: „*Zu Neuburg an der Thunaw gedruckt*

Digitized by Google

rissime typis descriptam reperias [171]), eandemque ipsius Principis eruditissimi opera effectam esse persuasum habeamus, non piguit ad verbum transscribere.

„Von den Lateinischen Schulen“ [172]).

„Es ist bey menigklich, rechts, gesundts Verstands bekentlich, „dass die Schulen nicht allein zur leer der guten nutzlichen Künsten, „sonder auch zu erhaltung der nötigen ämbter inn Kirchen, inn Regi„menten vnd im hausshalten dienstlich, nutzlich vnd nöttig sind.“

„Vnd wiewol die Elementa, so man den jungen Kindern inn der „Schul fürgibt, für eitel Kinderwerk geacht werden möchten, so kan „doch niemandt zu den rechten, hohen, nothdürfftigen vnd nutzlichen „Künsten one der Kinder Elementa kommen, vnd so das fundament „nicht recht gelegt, mag nimmer kein gut gebew darauf gesetzt wer„den. Hierauf erfordert die not, das die Kinderschul mit Erbarn, ge„lerten, Gottförchtigen vnd fleissigen Schulmeistern bestellt werden, „vnd darnach so ein Schulmeister beruffen oder seinen Dienst selbst „anbeut, soll er vorhin seins wesens vnd lebens gute kundtschaft ha„ben. Darauf soll er von den verordneten examinirt werden, ob er „zu dem Ambt tauglich vnd sonderlich, ob er ein guter Grammaticus „sey.“

„So er nun zu der Administration der Schul tauglich erkhennt, sol„len jme volgende Artickel fürgehalten werden.“

---

in Hansen Kilians, Churfürstl. Secretarii, Druckerey.“ — Principis praefationi est additum hoc: „*Actum in vnser Stat Altzey am Oster„abend, den vierdten Tag des Monats Aprilis nach Christi vnsers lie„ben Herrn vnd seligmachers gepurt 1556.*“ — Asservatur hic liber rarissimus typis expressus in bibliotheca nostra (No. 320, 227.); manu descriptus in bibliotheca Monacensi (Cod. Bav. 824.).

171) Licet hic afferre, quae Moneus (Quellen-Sammlung der bad. Land.-Gesch. T. I. p. 7.) praecepit: „*Ist eine Druckschrift sehr selten, „so muss man sie als Handschrift betrachten, und wieder ab„drucken.*“

172) Plurima sunt, in quibus haec scholarum habendarum ratio cum ea disciplina, quam a Luthero a. 1538. compositam accepimus, consentit. Qua de re consule, quae Lutherus olim praecepit in ejus opp. (ed. Walch.) T. X. p. 1969—1977. „*Dr. Martin Luthers Unterricht der Visitatoren v. J. 1538.*“ Cf. quoque disciplinae tradendae ordinem a Melanchthone conscriptum supra p. 27. sqq.. — De Luthero vide v. Raumer Pädagog. T. I. p. 132—190.

Digitized by Google

„I. Das er die Schul, so jme befolhen, nach der verschribnen „Schulordnung (die auch jme alssbald übergeben oder jme abzuschrei- „ben zugestellt werden soll) mit allem fleiss anrichten vnd admini- „striern wöll.“

„II. Vnd so darinn die gelegenheit der jungen etwas endrung er- „fordert, soll er dasselb nicht anderst, dann mit Rath des Superatten- „denten desselben órts fürnemen, vnd hierinn allein der jungen nutz „vnd fürderung der leer bedencken vnd ansehen.“

„III. Das er mit den Schulern, so etwas erwachssen, latein rede „vnd sie auch latein zu reden gewene.“

„IIII. Das er mit eim züchtigen, Erbarn vnd nüchtern leben den „Schulern ein gut exempel fürtrage.“

„V. Das er die jungen, so jres vnfleiss oder bossheit halben stref- „lich befunden, nicht aus zorn, mit poldern, sonder gebürlich mit wor- „ten oder ruten straffe.“

„VI. Das er in der Kirchen kein ander gesang oder Psalm singe, „dann wie jm von den Superattendenten oder Pfarrer befolhen wird.“

„VII. Das er sein trew gebe, an eines eids stadt, dem Durch- „leuchtigsten & Ottheynrichen, Pfalzgrauen & Als ein getrewer vnder- „than, gehorsam zu sein vnd seiner Chur F. G. auch des Lands nutz „mit allem fleiss zu fürdern, vnd schadens, seins vermögens, wenden „vnd verhütten wölle.“

„VIII. Vnd so sich zur zeit seines Ambts vnd innwonung ein jr- „rung mit jme vnd einem oder mehr, meins gnedigsten Churfürsten „vnd Herrn vnderthan oder hindersass zutrüge, das er darinn bei mei- „nem gnedigsten Churfürsten vnd Herrn oder jre Chur F. G. gerichts- „zwang recht geben vnd nemen wölle.“

„Ordnung der Schulen.“

„Erstlich sollen die Kinder ordenlich in drei oder vier heuflin, „nach Gelegenheit, geteilt werden.“

„**Das Erst Heuflin** sind die jüngsten, die anfahen die Buch- „staben zu khennen vnd lernen lesen. Die sollen erstlich die gewohn- „liche Handbüchlein lernen, darin das Alphabet, oratio dominica, „Symbolum, Decalogus zusammengedruckt sein, vnd sollen im Anfang „den Kindern nit andere bücher fürgeben werden.“

„Hernach soll man jn den Donat vnd Caton [173]) zusamen fürge- „ben, Also das der Schulmeister täglich einen oder zween verss expo-

---

173) Bæhr Gesch. d. Röm. Liter. Karlsr. 1844. 2 Thle. 8. Dritte Ausg. T. I. p. 337.: „„*Dionysii Catonis Disticha de moribus ad „filium*“ — *sind kurze Sittensprüche zur Belehrung der Jugend*

Digitized by Google

„niern, welche die Kinder hernacher zu einer andern stund auffsagen, „Das sie also anfahen etliche lateinische wörter zu khennen, vnd vor- „rat schaffen die lateinische sprach zu reden, vnd ist nutzlich, das sie „den Donat vnd Caton nicht allein einmal lesen, sonder auch das „andermal.“

„Darbey soll man sie lernen schreiben vnd ernstlich darzuhalten, „das sie teglich jre schrift dem Schulmeister weisen.“

„Item damit sie dester mehr lateinischer Wort lernen, soll man „jnen teglich am abendt zwey lateinische wörter zu lernen fürgeben, „die sie behalten vnd morgens dem Schulmeister auffsagen sollen. Vnd „sollen sie in besondere büchlein schreiben oder schreiben lassen, Als: „Deus Gott, Coelum Himmel.“

„Dise Kinder sollen auch zur Musica gehalten werden, vnd mit den „andern singen, wie hernach angezeigt wirdt.“

„**Das ander Heuflin** sind kinder, die nun im Lesen gewiss „sind, vnd die Regulas Grammaticae anfahen.“

„Teglich soll man die erste stund nachmittag alle knaben in der „Musica üben. Hernach soll man disem Heuflin, das lesen kan, wel- „ches mag genennet werden: secunda classis, die zween tag Montag „vnd Dinstag Fabulas Aesopi exponiern, welche Joachimus Camerarius „lateinisch gemacht hat. Vnd soll der Schulmeister, nach Gelegenheit „der knaben, wählen, welche er wil. Mag auch etliche liebliche Col- „loquia Erasmi lesen vnd Erasmi Büchlin de Civilitate Morum, Vnd das „Büchlin Joachimi Camerarii, welchs Tittel ist: Praecepta Morum, „Aber Aesopus soll nicht gantz aus der Schul kommen.“

„Den Donnerstag vnd Freytag soll man diesem Heuflin Terentium „exponiern, den sollen die knaben von wort zu wort ausswendig lernen, „darumb soll man nit vil auf einmal fürgeben.“

„Am abend soll man disen knaben, so sie zu hauss gehen, einn „nutzlichen spruch fürschreiben vnd exponiern, den sie auch alssbald „in ein besonder büchlin schreiben, vnd daheim lernen exponiern vnd „gedencken, das sie jn morgens auffsagen: Als:

„Timor Domini initium sapientiae.“

„Omnibus in rebus modus est pulcherrima virtus.“

„Vnd dergleichen.“

„Morgens früe sollen dise knaben, sovil sie in Aesopo oder Te-

---

„und eine Anweisung in der Moral, eine Art von Sittenkatechismus, „unter dem Namen des letzten Römers, dessen Gesinnung und sittlicher „Strenge sie entsprechen; wesshalb sie auch, namentlich seit Carl's „des Grossen Zeit in grossem Ansehen gestanden, und fast das ganze „Mittelalter hindurch in den Schulen gelesen worden sind.“

Digitized by Google

„RENTIO gehört haben, wiederumb aufsagen. Vnd soll der Präceptor „etliche nomina decliniern lassen vnd verba conjugiern, nach Gelegen„heit der kinder, vil oder wenig. Vnd soll die Reglen De Generibus, „Casibus, Praeteritis vnd Supinis fleissig fordern.“

„So auch die kinder Regulas Constructionum gelernt haben, soll „er die Construction vnd die Reglen darvon fordern. Die ander stund „vormittag sollen die vier tage in der wochen, Montag, Dinstag, Don„nerstag, Freytag allezeit also gebraucht werden, das dann die knaben „erstlich ein stuck in Etymologia ausswendig recitiern: Darnach soll der „Praeceptor dieselbige Reglen mit exempeln erkleren.“

„Vnd so sie die Etymologiam gelernt haben, sollen sie hernach „Syntaxin dise stund auch also ausswendig Recitiern, vnd soll der „Praeceptor hernach dieselbige Reglen mit exemplis erkleren vnd die „Knaben Teutsch fragen, das sie Exempla latina auf die Regel in Syn„taxi machen. Als, wie soll man inn Latein sprechen: Straff volget „gewisslich nach verachtung Göttlicher gebot? S. Poena comitatur „certo contemptum divinarum legum.“

„Vnd sollen inn allweg die Schulmeister disen fleiss thun, das sie „die jugent treiben Regulas Grammaticae ausswendig zu lernen. Vnd „soll dise thorheit nit geduldet werden, das etliche die Reglen verach„ten, wöllen die sprach one Reglen lernen [174]).“

„Auch ist nutzlich, das im ganzen Land ein gleiche Etymologia „vnd Syntaxis, vnd nicht mancherley, gebraucht werde.“

---

174) A proposito haud alienum non putamus, si quae LUTHERUS hac de re docuit, hoc loco addimus:

„Die Stunde vor Mittage soll allewege für und für also angelegt „werden, dass man daran nichts andres, denn Grammaticam lehre. „Erstlich Etymologiam, darnach Syntaxin, folgend Prosodiam. Und „stetigs, wenn diss vollendet, soll man's wieder vorn anfahen und „die Grammatica den Kindern wohl einbilden. Denn wo solches nicht „geschiehet, ist alles Lernen verloren und vergeblich. Es sollen auch „die Kinder solche regulas Grammaticae auswendig aufsagen, dass „sie gedrungen und getrieben werden, die Grammatica wohl zu „lernen.“

„Wo auch den Schulmeister solche Arbeit verdreusset, wie man „viel findet, soll man denselbigen lassen laufen und den Kindern „einen andern suchen, der sich dieser Arbeit annehme, die Kinder „zu der Grammatica zu halten. Denn kein grösserer Schaden allen „Künsten mag zugefügt werden, denn wo die Jugend nicht wohl ge„übt wird in der Grammatica.“ Vide LUTHER. opp. laudd. T. X. p. 1969. V. RAUMER l. l. T. I. p. 175.

Digitized by Google

„Den Mitwoch vnd Sonnabend soll man zum Catechismo brauchen, „durchaus in allen hauffen, vnd sollen die Praeceptores jeden jungen „nacheinander hören, gantz vnd deutlich sprechen, Decalogum, Sym„bolum, precationem Dominicam. Vnd die grössern soll man weiter „fragen im Catechismo, Quot sunt personae Divinitatis? Quid sit Lex? „Quid peccatum? Quid Evangelium? Quid poenitentia? Quomodo homo „accipit remissionem peccatorum? vnd soll ernstlich befolhen werden, „das ein gleicher Catechismus durchaus im land gebraucht werde."

„Vnd dieselbigen tage soll man den knaben ein Lection aus Gött„licher schrift exponiern. Am Mitwoch Matthæum oder proverbia Sa„lomonis. Am Sonnabend die erste Epistel ad Timotheum oder die „Epistel ad Colossenses oder einn gemeinen Psalm, Als: Miserere, „De profundis. Psalmum I.: Beatus vir. Psalmum II.: Quare fremue„runt gentes. Psalmum XXIIII.: Ad te Domine levavi. Psalmum XXXIII.: „Benedicam Dominum in omni tempore. Psalmum CXXVI.: Nisi Domi„nus aedificaverit. Psalmum CXXXII.: Ecce quam bonum."

„Vnd sollen die Schulmeister die Grammatic fleissig in derselben „exposition anzeigen, vnd die einig, eigentlich Meinung den jungen „deutlich sagen vnd nicht frembde Disputationes einfüren. Die jungen „sollen auch diser Psalmen etliche ausswendig lernen, jr gebet darin „zu üben."

„Etliche Schulmeister wöllen eitel heilige Schrift lesen, etliche „gantz keine. Dise Meinung beide sind streflich, Sonder dise Ordnung, „wie gesagt ist, so man trewlich leeren wil, ist der jugent nutzlich."

„**Das dritt heufflin** soll man, in den grössern Schulen, also „machen, das man die knaben darzu wehlet, die nun zimlich Gramma„tici sind. In der Stund nach mittag sollen dise mit den andern in „Musica geübt werden, wie zuvor gesagt. Hernach soll man jnen die „zween tag, Montag vnd Dinstag, Virgilium exponiern. Die andern „zween tag, Donnerstag vnd Freytag, etliche ausserlessne Epistolas „Ciceronis, oder de Amicitia, de Senectute, oder Sallustium."

„Am abendt Regulas Prosodiae vnd etliche liebliche Poëmata Ovidii „de Ponto, oder Heroidas Eobani, oder etliche Elegias Sabini oder „Stigelii."

„Morgen früe sollen dieselben jungen, wie es die zeit bringt, „Virgilium oder Epistolas Ciceronis exponiern, vnd soll der Praecep„tor durchauss lassen construiern, vnd auf jede Construction die regel „aus dem Syntaxi fordern, Vnd soll sich diser langweiligen arbeit nit „verdriessen lassen, Soll auch etliche schwere Declinationes vnd Con„jugationes halten."

„Darnach soll man mit disem dritten hauffen auch repetiern Ety„mologiam vnd Syntaxin, Vnd soll jeder inn sonderheit die reglen auss-

Digitized by Google

„wendig sagen. Dise Repetitio der Etymologie vnd Syntaxis ist nötig. „Es mögen auch die Schulmeister, zu diser stund, beide hauffen, Se„cundam et Tertiam classem, zusammensetzen, das sie in diser stund „sambtlich gehört vnd geübt werden.“

„Zu disem allem ist nötig, das der Schulmeister selbs ein gewiser „Grammaticus sey. Dann was einer selbs nit gelernet hat, darzu hat „er nit lust, vnd hellt die jungen nit darzu. Er soll auch selbs mit „den Schulern lateinisch reden, vnd die Schuler dahin halten, das sie „vndereinander Lateinisch reden.“

„Alle wochen sollen die knaben aus dem dritten hauffen, am Sonn„abendt, Lateinische schrifften dem Schulmeister überantworten, Epi„steln oder Historien oder Vers. Vnd soll der Schulmeister den kna„ben zu teutsch etliche schöne Historien dictiern, die sie hernach die „wochen Lateinisch machen: Als, von Joseph, von Sampson, von Da„vid, vom verlornen Son; vnd aus andern Büchern, Von Ulysse vnd „Polyphemo, von Hercule vnd Omphale, von Cyro, von Cambyse vnd „dem gestrafften Richter, dess haudt Cambyses auf den Richterstuel „spannen liess, von Mida, der nicht recht urteilt zwischen Apolline „vnd Pan, vnd wurden jhme seine ohren zu Esels ohren verwandelt, „Vnd andere nutzliche gedicht, darinn zugleich die jungen die Sprüch „üben, vnd Historien lernen, vnd vil erinnerung von tugent mercken „mögen, vnd sollen die Schulmeister fleiss thun, das sie jnen selbs vor„rhat schaffen solcher Historien vnd gedicht.“

„Vnd so die jungen jre schrifften überantwort haben, soll der „Schulmeister jnen anzeigen, wo etwas vnrecht ist, vnd die vnrechten „wörter vnd Constructiones bessern.“

„Wo in Stetten der jungen sovil ist, das man den **vierdten „hauffen** machen kan auss solchen knaben, welche nun gewiss sind „in Etymologia vnd Syntaxi, disen soll man dieselbigen stund Regulas „Dialectices lassen recitiern, die soll der Schulmeister mit leichten, „nutzlichen Exempeln erkleren, Hernach soll man jnen fürgeben Initia „Rhetoricae.“

„Dise soll man auch die wochen ein stund lassen Regulas Graecae „Grammaticae recitiern. Item, den andern tag soll man ein stund zum „Phocylide, Vnd hernach zum Hesiodo, vnd Isocrate ad Demonicum „nemen.“

„Vnd soll der Schulmeister bei der Grammatica bissweilen ein nutz„lichen spruch den knaben fürschreiben, das jnen etliche wörter be„khant vnd gemein werden, vnd das sie zugleich die buchstaben recht „formirn lernen. Vnd sollen die Schulmeister fleiss thun, das sie selbs „auch rechte Buchstaben machen. Als solche sprüch: Homerus spricht: „Bettet lieben kinder, wir bedörffen alle Gottes.

Digitized by Google

„Εὔχεσθαι· πάντας δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι.“ 175)

„Item: Gott sihet alle werck, vnd straffet unrecht.

„Ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα.“ 176)

„Item: In allen sachen soll dir Gott der anfang vnd das ende sein.

„Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιεῖ θεόν.“

„Item: Böser anfang bringet ein böses ende.

„Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν.“

„Vnd andere dergleichen sprüch, Wie dann dieselbig sprach seer reich „ist von allerlei reichen sprüchen, vnd ist nutzlich, das die jugent von „kindheit bald solcher reden vil hören vnd mercken. Dann es sind „gemeine Reglen des lebens, die hernach zur tugent erinnerung sind. „Vnd ist ein zier, so die sachen, darvon wir reden, auf solche sprüch „bequem gezogen werden. Auch helfen sie den jungen im schreiben „zur Invention vnd ordenlicher vnd zierlicher jre materien zu machen.“

„Wo teutsche Schul sind, mögen die obbemelten Artickel vor „der Schulordnung erzellt, doch mutatis mutandis, dem Schulmeister „auch auferlegt werden.“

„**Nota.** Wo Schulen teutsch oder Lateinisch sind, sollen die Pfar-„rer desselben orts schuldig sein, die Schul in einem „Monat aufs allerwenigst einmal zu visitiern.“

At longe aliter ac Princeps Elector Otto Henricus arbitratus erat, evenit. Etenim schola Nicrina ejus votis haudquaquam satis respondebat, quod ex iis quae sequuntur, intelligetur.

---

175) Odyss. III, 48.
176) Hom. Batrachom. 97.

Digitized by Google

III.

De Paedagogio restituto.

Tunc patriae Musae florebant flore decoro;
Vivida tunc ipsis prima juventa fuit.
Gymnasia erexit summa cum laude scholarum,
Tres ubi erant Charites, Sicelidesque novem.
Heidelberga, Deo sedes selecta supremo,
Tunc toto nulli cessit in orbe loco.

ANDREÆ [177]).

OTTO HENRICUS Princeps quum a. 1559., nulla prole relicta, e vita discessisset, lineaque LUDOVICI III. [178]), Barbati cognomine insignis, cum eo esset exstincta, FRIDERICUS III. [179]), Simmerensis, cui Pio cognomen erat, proximus inter cognatos successionis jure et vi testamenti, quo OTTO HENRICUS ipsum heredem instituerat, Electoratum iniit: qui Princeps, de studiis et artibus meritissimus, liberalitate, humanitate, beneficentia nemini suae aetatis cessit; quin etiam omnibus omnium temporum summis viris virtutibus iis, quae pace florent eandemque tuentur, parem se exhibuit [180]).

Qui quum animadvertisset, adolescentes in Collegium Sapientiae admitti, qui in tirociniis adhuc haererent, molestum sane esse ratus magistrorum et doctorum officium prius Graecae Latinaeque

---

177) De FRIDERICO III. in carm. saecul. l. l. p. 356.

178) HÆUSSER l. l. T. I. p. 264.

179) Principis FRIDERICI Elector. Palat. Rhen. prosapia in: „VAN BYLER libell. rar. fascic. I. p. 209.“: „*Natus est Simmerae a. 1515. patre Joanne Juniore, matre Beatrice, Marchione Badensi.*“ HÆUSSER l. l. T. II. p. 5.: „*Als Ludwig III., Kurfürst Ruprechts „Sohn, 1410 die Kurwürde antrat, erbte Johann, sein zweiter Bruder, Neumarkt; Stephan, der dritte, Simmern und Zweibrücken. „Neumarkt starb aus und fiel an Kurpfalz zurück; die simmerische „Linie blühte fort, und ihr ältester Sprössling, Friderich, trat jetzt „die pfälzische Kur an.*“

180) RIESM. l. l. p. 110. sqq. HÆUSSER l. l. T. II. p. 1. 70.

Digitized by Google

linguae initia docendi, dein altiora studia et artes tradendi [181]) —: adolescentes „*omnis generis et conditionis*“, ut ALTINGIUS ait [182]), ex diversis scholis et locis terrisque vel longe remotis, ex Helvetia, Silesia, Bavaria, Saxonia, Hassia, Gallia, Belgio Heidelbergam adventantes ac benigne ibi receptos, in Paedagogio Heidelbergae denuo condendo linguarum et artium initiis imbui [183]); in Collegium autem Sapientiae non nisi adolescentes literis haud vulgaribus, sed altioribus quibusdam ac penitioribus disciplinis percipiendis aptos recipi jussit [184]). Usus est Princeps in re scholastica componenda ac moderanda inprimis opera CHRISTOPHORI PROBI [185]), Procancellarii, et CHRISTOPHORI EHEMII [186]), Consiliarii, utriusque viri varia doctrina et singulari prudentia excellentis.

---

181) REUTER Jubil. Sap.

182) Hist. Eccl. Palat. p. 216.

183) HÆUSSER l. l. p. 70. SEISEN Gesch. d. Reformat. zu Heidelb. p. 113. sqq.

184) REUTER l. l.

185) Acta l. l. T. IV. fol. 107. a. b.: „*Christophorus Probus, Alzeianus, die XIX. Decembris anno 1579. obiit, quinque Electorum Palatinorum Consiliarius et Cancellarius, vir egregie instructus atque ornatus illis dotibus et virtutibus, quae ad tale munus requiruntur, prudentia, eloquentia, corporis dignitate, laboris tolerantia, justitia, munerum abstinentia, inprimis autem pietate. Favit vero et profuit sedulo scholae et studiis.*“ Adde FLAD tentam. p. 17. ADAMI monumm. Heidelb. p. 20. RIESM. l. l. p. 93. HÆUSSER l. l. T. I. p. 609. T. II. p. 20.

186) *Christophorus Ehemius, natus a. 1528., U. J. D., „Patricius Augustanus, ab Ottone Henrico Heidelbergam vocatus, „ut in hac Musarum sede Institutiones juris civilis publice interpretaretur, a. 1556. in Senatum Academicum receptus est, eodemque anno „Matriculae nostrae nomen dedit.* (Annall. l. l. T. VII. fol. 244. a. b.) „*Idem quoque Senatus Ecclesiastici, ab Ottone Henrico hoc ipso „anno instituti, primus omnium Consiliarius, ut aiunt, politicus fuit.* „(Annall. l. l. fol. 190.) *Praeterea Principi Electori etiam in negotiis „Cancellariae politicis operam suam paulo post addixisse videtur. Sub „Electore Friderico III. non solum Consiliarii dignitatem retinuit, „sed alii honores procurationesque variae rerum publicarum ad eum „ornandum confluxere. Ehemius suo consilio juvit et effecit, ut Heidelbergae, Neuhusii, Selzae juventuti docendae phrontisteria aperi-*

Digitized by Google

In Actis nostris de hoc Paedagogio restituendo haec tradita reperiuntur:

„XXIII. April. 1560. [187]) mane Rector (Universitatis, M. Joannes „Geyselbach, linguae Latinae Professor) a Principe Electore vocatus „cum Syndico ascendit in Cancellariam. Ibi facto pro more indicio, cla„rissimus vir Dn. Christophorus Probus, Procancellarius, de benigna „Electoris erga Academiam voluntate commemorans primum multa co„piose et prudenter, postea hoc velle et mandare serio Principem re„fert, ut Rector et Senatus Universitatis, collatis cum Senatoribus Ec„clesiasticis consiliis, non modo de disciplina et oeconomia in Contu„bernio (Dionysiano, majori s. Principis) reformando [188]), verum etiam

---

„*rentur. A. 1572. a Principe Cancellarii munere cohonestatus est.* „*Friderico mortuo, cum Ludovicus VI. reipublicae praeesset,* „*Heidelberga decessit et a Duce Joanne Casimiro liberaliter Neo*„*stadii est receptus. Idem huic Principi auctor fuit, ut eo in oppido* „*celeberrimum illud Gymnasium, a conditoris nomine Casimirianum* „*dictum, aperiret. Post obitum Ludovici VI. Ehemius quoque Nea*„*poli Nemetum Heidelbergam cum Joanne Casimiro, tum Palatina*„*tus Administratore, reversus, Cancellarii officio iterum functus est.* „*Tandem Casimiro mortuo, Friderico IV. a consiliis intimis fuit.* „*Abiit e vita a. 1592.*" Ejus vita est descripta in histor. Univers. MS. fol. 150. sqq. Wund de Facult. Jurid. P. V. p. 1. Adami vitae JCtor. p. 141. Jœcher Gelehrten-Lexicon s. v. Riesm. l. l. p. 94. Flad tentam. p. 17. Paul von Stetten des Jüngern Lebensbeschreibungen. Augsburg 1782. 8. p. 361—383. Hæusser l. l. T. I. p. 636.

187) Annall. l. l. T. VII. fol. 409. b.

188) Quae Collegii Dionysiani tum fuerit conditio, Annall. Univers. T. VII. fol. 351. a. docent, ubi haec leguntur: „*XXI. Junii 1559. in* „*Senatu deliberatum est de visitatione domus Dionysianae, in qua* „*omnis disciplina corruisse videbatur. Et cum Reformatio* (Ottonis „Henrici) *modum praescriberet visitationis, delecti sunt ad eam rem* „*peragendam post Rectorem et Decanos duos Facultatis Artium, prio*„*ris et praesentis anni, ut Reformatio jubet, Doctores Wendalinus* „*Heilman jure peritus et Jacobus Curio medicus. Hi die XXXI.,* „*nisi fallor, visitare inceperunt, singulos seorsum examinarunt, er*„*rores, flagitia, industriam, diligentiam, negligentiam omnium non* „*modo discipulorum, sed etiam oeconomi, famulorum, coqui & explo*„*rarunt et rem ad Senatum deferendam censuerunt, suoque judicio* „*Senatui, quod vel probaret vel damnaret, exposito, aliqui damnati* „*ad carcerem sunt, alii reprehensi tantum, alii alia ratione puniti.*"

Tum l. l. fol. 370. b. haec leguntur:

Digitized by Google

„de Paedagogio publice in Academia constituendo sedulo cogitarent, „ac primo quoque tempore de consiliis ac deliberatione sua ad ipsius „Celsitudinem referrent. Adjecisse autem omnino, ad reformandam „et solide constituendam scholam Principem sumptus et reliqua neces- „saria ad eam rem abunde et liberaliter suppeditaturum, si fiscus Aca- „demiae non possit, aut alia publica necessitas exigat.“

„Rector gratias nomine Academiae pro hac liberali ac munifica „Principis voluntate agens, sese et rempublicam Principi ac Dn. Procan- „cellario reverenter commendans, statim XXIV. ejusdem convocato ex „more Senatu, quum valetudine adversa impeditus exire in publicum „non posset, ea de re ad Senatum scribens, mandatum Principis pro- „posuit, atque ut e Senatu, quos putarent idoneos, eligerent, qui de „Contubernio et Paedagogio instituendo cum Ecclesiasticis conferrent, „rogavit.“

„Postero die [189]) quum Senatus haberetur, placuit: Ut, cum Prin- „ceps illud ipsum Paedagogium Universitati subjectum esse et ad su- „stentationem praeceptorum clementer aliquid addere et largiri velit, „petitioni Principis obtemperetur, ut nimirum deputati Universitatis cum „assessoribus Ecclesiastici consilii ea de re conferant. Atque ab Univer- „sitate eam ad rem deputati sunt D. D. Nicolaus Cisnerus (Kistner) [190]),

---

„*III. Januar. 1560. Disputatum in hoc consessu est de reducendo „Collegio in meliorem statum, postquam Princeps ea in re sententiam „Universitatis rogavit. Sed res quoniam videbatur majoris esse ne- „gotii, quam ut expediri tum posset, delecti et prorectori adhibiti „sunt, qui de Collegio reformando cogitarent D. Boquinus, D. Lo- „tichius, M. Georgius Adamus. Horum consilium simulatque „Universitas quibusdam mutatis comprobasset, Annalibus est insertum.*“ Cf. ibid. fol. 370. b. — 372. b. — De Lotichio, quem modo diximus, haec in medium proferre libet: Petrus Lotichius II., poëta clarissimus, (cujus vita est in hist. Univ. MS. fol. 139 — 141.) „*a. 1557. ab Ottone Henrico ad Professionem medicam evocatus est.*“ Adami vitt. Medd. p. 49. Lotichii opera. Cum ejus vita per Jo. Hagium. Lips. 1609. 8.

189) Annall. l. l. T. VII. fol. 410. b.

190) „*Nicolaus Cisnerus s. Cistnerus, Mosbachii a. 1529. „natus, a. 1552. primus Ethices Professor publicus in hac literarum „Universitate ab Electore Friderico II. est constitutus.*“ (Annall. l. l. T. VII. fol. 111. b.) „*A. 1559. primaria Pandectarum Professio ei „obtigit, et a. 1562. Francisco Balduino in Codicis Professione „successit. A. 1563. Rectoratum Academicum gessit. A. 1567. ab Uni-*

Digitized by Google

„Jacobus Curio [191]) et M. Balthasarus (Reissnerus) [192]), Decanus Fa-„cultatis Artium. Sed cum res personam Decani aliquo modo tangere „videatur, visum est, ut Wilhelmus Xylander in ejus locum substituatur.“

„Die II. mensis Maji [193]) una cum deputatis nostris, in aedibus „Rectoris, consiliarii Ecclesiastici, D. Christophorus Ehem, Michael Dil-„ler [194]) et Stephanus Cirler [195]) de Paedagogio instituendo ex Electo-

---

„*versitate nostra abiit et in aula Electorali Palatina altiorem dignitatis „gradum est assecutus. Antiquarum literarum Cisnerus erat peri-„tissimus. Hartmanni ab Eppingen* (de quo vide supra p. 12.), *Cancel-„larii Friderici*, idem *erat gener. E vita discessit a. 1583.*“ Vitam ejus reperies enarratam in hist. Univ. MS. fol. 167 — 171. Cisneri opuscula ed. Quirin. Reuter. Idem Cisneri vitam praefixit. Francof. 1611. 8. Niceron Nachrichten von berühmten Gelehrten, herausgeg. von Baumgarten. Halle 1757. 8. T. XVI. p. 320. Jœcher Gelehrten-Lexicon s. v. Wund memorabb. P. II. p. 8. 9. Riesm. l. l. p. 82 — 85. Adami vitt. JCtor. p. 115. sqq. Schwab syllab. P. I. p. 121. 122. Saxii onom. P. III. p. 611. Ersch und Gruber Encyclop. s. v.

191) „*Fridericus II. peculiarem Matheseos cathedram funda-„vit, cui M. Jacobus Curio de Hof, natus a. 1497., Medicinae „Doctor et insignis mathematicus, diu a Facultate Artium desideratus, „tandem a Principe Moguntia huc invitatus, a. 1547. praeesse coepit. „Eodem anno statuit ordo philosophorum, eos solos in posterum ad „examen Magisterii admittendos esse, qui lectionibus mathematicis di-„ligenter interfuissent. A. 1551. Academiae Rectoratum gessit, et „Rectorum primus uxorem duxit.* (Cf. supra p. 20.) *A. 1556. ad ca-„thedram medicam evectus est Curio. Defunctus est Heidelbergae a. „1572.*“ Acta l. l. T. III. fol. 116. b. T. IV. fol. 24. a. fol. 39. b. Annall. l. l. T. VII. fol. 66. a. Adami vitt. Medicc. p. 192. Ejusdem monumm. Heidelb. p. 45. Jœcher Gelehrten-Lexicon s. v. Wund memorabb. P. II. p. 24. Schwab syllab. P. I. p. 108.

192) Reissnerus a. 1563. Professoris munere se abdicavit. Acta l. l. T. IV. fol. 70. a. fol. 78. b.

193) Annall. l. l. T. VII. fol. 411. b.

194) M. Diller, prius monachus ordini S. Augustini adscriptus, eo tempore a sacris palatinis erat orator. Cf. Struv. l. l. p. 44. Flad tentam. p. 16. Wundt Magaz. P. II. p. 43.

195) St. Cirler Cancellariae, ut dicunt, scribae munere tum fungebatur. Apud Electorem Fridericum III., qui ejus opera in gravissimis reipublicae administrandae rebus utebatur, in magna gratia atque auctoritate erat. Cf. Wundt Gesch. der Stadt Heidelb. P. I. p. 256. Lauter Gesch. 1799. p. 8.

Digitized by Google

„ris mandato convenerunt. Quibus sequentibus diebus aliquoties Boqui-„nus [196]) et Erastus (Liebeler sive Lüber) [197]) etiam adfuerunt."

Eam in rem toto animo et studio incubuit D. Jacobus Curio, qui Magnifici Rectoris Joannis Geyselbachii, tum gravi morbo aegri [198]),

---

196) „*Petrus Boquinus, natus in Gallia, a. 1557., Theolo-„logus Calvino assentiens, ab Electore Ottone Henrico Argento-„rato Heidelbergam vocatus, hic erat a consiliis sacris et Theologiae „Professor. A. 1566., quo Princeps Christophorus, Comes Pala-„tinus, quindecim annos natus, Rector Magnificentissimus fuit, Pro-„rectoris Magnifici munere est functus. Friderico III. mortuo a. „1577. ob suam de Ubiquitate doctrinam una cum aliis opinionis suae „asseclis vel defensoribus loco cedere jussus, Lausannam se contulit, „ubi a. 1582. e vita excessit.*" Hist. Univ. MS. fol. 79. 80. Schwab syll. P. I. p. 124. 125., ubi Boquini operum index reperitur. Flad tentam. p. 16. Erasmus von Venningen zu Kungspach de eo scripsit haec: „*So hat Boquinus des Calvini Catechismum in linguam grae-„çam vertirt, damit er dester mehr ins Licht bracht.*" Cf. Venn. epistola, quae est ad Dr. Marbachium (d. d. XXV. Mart.) apud Struv. l. l. p. 89. Adami vitae Theoll. extern. p. 52.

197) Thomas Erastus, Badena-Helvetius, natus circa annum 1524. Heidelbergam vocatus est ab Electore Principe Ottone Henrico a. 1558., ubi erat Medicinae Professor et a consiliis sacris. Principe Electore Friderico III. mortuo, Erastus, Heidelberga relicta, a. 1580. Basileam decessit, ubi a. 1583. e vita exiit. Vita ejus a Schœnmetzelio est descripta in: Wund Magaz. T. II. p. 210. sqq. Ex quo quae p. 233. 234. leguntur, in medium proferre nostrum esse putavimus: „*Vor seinem „Tode legte er ein Capital von 4,000 Gulden bei der hohen Schule zu „Basel nieder, von dessen jährlichen Zinsen vier fleissige mit Talenten „versehene arme studirende Jünglinge sollten unterstützt werden. Die „beiden Akademien, wo er den grössten Theil seines Lebens zuge-„bracht, Basel und Heidelberg, sollten einen gleichen Antheil an dieser „Stiftung haben. Die Gebeine des edlen Mannes ruhen schon über „zweyhundert Jahre im Schoosse der Erde, aber seiner wohlthätigen „Stiftung erfreuen sich noch in unsern Tagen zwey studirende Jüng-„linge zu Heidelberg und zwey zu Basel.*" Vitam ejus adumbratam in hist. Univ. MS. fol. 147. sqq. quoque reperies. Adde Schwab syll. P. I. p. 113. Adami vitae Medicc. p. 107. Flad tentam. p. 18. Saxii onom. T. III. p. 386. Gerdes. florileg. libror. rarior. Groning. 1763. 8. T. III. p. 114. 115.

198) Annall. l. l. fol. 366. a. De Geyselb. vide supra p. 21.

Digitized by Google

vices gerebat [199]). Hic quum sua ipsius consilia diligentissime elucubrata, tum scholarum habendarum rationes, quarum altera a Fagio [200]), altera sub Ottone Henrico Electore [201]) conscripta rat, consilii sociis proposuit. Ex iis, quae hac de re in Actis nostris leguntur, haecce inprimis memoratu digna videntur:

„Clarissimi viri Dr. Jacobi Curionis [202]), optime de re„publica ac honestissimis literarum studiis meriti, „hoc erat scripto comprehensa ac postea recitata „sententia.“

„In Gymnasio Principis quatuor discentium ordines, sub IV. Re„gentibus et duobus Magistris coadjutoribus mercede annua conductis.“

„Regentes.

„I. Dialecticus.

„II. Rhetor.

„III. Grammaticus utriusque linguae.

„IV. Praeceptor Paedagogicus, sive Praefectus classi } Incipientium. Proficientium.

„Hi cum aequalibus stipendiis militent, et ex Paedagogicis duabus „classibus commoda quoque ex aequo sint divisuri, et Paedagogicus „praeceptor sufficere unus multitudini regendae non potest: par est, ut „tres alii communi inspectionis, gubernationis et sollicitudinis vinculo, „ad novam illam intra unius domus ambitum moderandam scholam sint „obligati. Neque exigendum interim tamen est, ut diurni oneris par„tem in se recipiant aliam, quam ut quotidie per vices inspiciant, quid „doceant mercenarii Magistri, quid discant discipuli, et an ordine cuncta „in hoc adolescentium Gymnasio procedant; qui sint in officio, qui non „sint. Haec diligentia et cura, etsi praecipue Paedagogico incumbit „praeceptori: quo tamen major et auctoritas et severitas in regendo „servetur, existimo huc quoque intendendum aliis.“

„Si severitatis exempla edenda erunt, et virgis caedendi sunt re„belles et incorrigibiles et distorti, iniquissimum erit praeceptorem „Paedagogicum solum in has detrudi molestias.“

„Discentium in Gymnasio ordines IV.

„I. Incipientium seu Novitiorum.

„II. Proficientium seu literarum sacris initiatorum.

---

199) Ibid. fol. 367. a.

200) Exemplum ejus supra p. 27. sqq. est transscriptum.

201) Typis supra p. 55. sqq. libellus est descriptus.

202) Annall. l. l. fol. 412. a. — 413. b.

Digitized by Google

„III. Tironum seu emancipatorum mediocriter se in palaestra literaria exercentium.

„IV. Bacalariorum (disputatorum simul et designatorum ad philosophicum Magisterium).

„Diurnae duarum classium praelectiones et praeceptorum incul„cationes in bis quatuor horas digerentur, quarum duas sibi sumet et „consumet praeceptor Paedagogicus, unam in classe Novitiorum, alteram „in classe Proficientium. Ab his horae quinque partiendae erunt in „duos operarios Magistros, quorum unus tribus in die docebit et ex„ercebit horis, alter duabus.“

„Superest hora una tribuenda doctori Grammatico, qui cum lectio„nem Latinae saltem Grammatices, de loquendi proprietate et usu et „regulis communem fecerit tironibus, et simul classi Proficientium, quod „est, nondum emancipatis: relinquentur Paedagogico Gymnasiarcho et „duobus illis cooperariis Magistris literatoribus horae septem.“

„Si in unaquaque classe horae ad audiendas lectiones destinentur, „duae ante meridiem, duae post. Praescribendum erit, quibus vacare „studiis debeant per spatia intermedia; quae potissimum horae servan„dae sint lectionum repetitionibus, et styli exercitio et colloquiis, sive „disputationibus de quaestionibus Grammaticis; quo die quibusve horis „instillanda sint Religionis Catechistica et rudimenta Musices; quid ho„ris matutinis, ubi campanae signo excitati jam surrexerunt, faciendum; „quid item faciendum nocturnis horis ante visitationem. Modulationes „Musicae congruunt nocte, sed in aurora Grammatices et Dialectices „praecepta. Verum sic utraque classis Magistro opus habebit ad horam „saltem dimidiatam.“

„Dominicis et feriatis aliis diebus conveniant harum classium di„scipuli atque ibi mane, antequam cum Magistro in templum eant, ex„plicationem locorum lectionis Evangelii die illo audiant.“

„In singulis semestribus fiet inquisitio de ingeniis et diligentia, et „de inferiore in superiorem classem translocationes.“

„Tirones et Bacalarii, domestici et extranei pro honorario annuo „Regentibus dant aureum I, Dionysiani et Sapientiales dant o. Aequis„simum interim fuerit, ut Dionysianae et Sapientiae domuum provisores „pro lignalibus et luminalibus aliquid numerent.“

„Minerval discipulorum in Paedagogicis duabus classibus aurei duo. „Domestici sive Intranei dimidiatum florenum pro lignis et luminibus, „Extranei quadrantem. Cubiculo censum dant in Reformationis libro ex„pressum.“

„Coadjutorum in Paedagogicis classibus constituendus stipendii „modus est a Regentibus cum consensu semper et approbatione Facul„tatis.“

Digitized by Google

„Ipse agerem cum illis ex hac formula.“

„Quo diligentius excitent, forment, doceant et praecepta inculcent, „hoc plus ferre praemii debeant. Una haec Regentibus et Paedagogicis „cura sit, ut sua dexteritate Gymnasium hoc suum florentissimum fa„ciant. Neque ulla usque est proventuum et emolumenti spes et ratio, „nisi ex frequentia discipulorum. Huc quoque cogitandum illis erit. „Centum adolescentes adferunt pro solo Minervali ducentos aureos, ubi „ego semissem Regentibus adjudicarem, semissem alteram coadjutori„bus. Neque vero dubitarem, ita huc multos esse advolaturos, fama „si percrebresceret, Principis auctoritate et subsidio scholam hic esse „institutam, quae certare possit cum celeberrimis.“

„Conduceret didascalos coadjutores mensam et habitationem habere „ubi discipuli. Sed a principio cedendum puto necessitati erit, qua „cogente non displicet, ut Superior convivat Sapientialibus, Inferior „Dionysianis, tantisper dum numerosus discipulorum grex in Gymna„sio fiat.“

„Si Illustrissimus Princeps certum modiorum frumenti numerum pro „duobus didascalis, et decem in Gymnasio famulis ex sacris opibus „annuatim Gymnasio, quod Principis nomen habet, dedicaret: o quam „Deo gratus hic cultus esset.“

„De Interim.“

„Conjugium neque primario neque Paedagogico liberum permittendum „est, donec exstructa domus fuerit, quae capere conjugatos locis dis„junctos commode possit. Hypocaustum illud in imo, ubi hactenus con„tubernales hibernarunt, numerosiori classi dicandum; alteri classi su„perius, quod pro se duo didascali occupare etiam poterunt. A prin„cipio inde a tempore pestis potest certi aliquid didascalo II. ex aerario „constitui.“

„Brevis complexio [203]) eorum, quae in hac deliberatione „Dominis deputatis a Rectore proposita fuerunt.“

„Studiorum in schola publica quam Universitatem vulgo, quod in „ea universae artes et scientiae honestae liberalesque omnes certa ra„tione et methodo tradi debeant, vocant, tres generales et insignes or„dines recte constituuntur.“

„I. **Infimus**, quo juventus eruditur et lingua formatur. Hujus „principia seu fundamenta in Paedagogio jaci necesse est.“

„II. **Medius**, quo judicium comparatur, non modo in proprietate „et puritate utriusque linguae, verum etiam in cognitione rerum probabi-

203) Annall. l. l. T. VII. fol. 414. a. — 418. b.

Digitized by Google

„lium, in ἀποδεικτικοῖς, in physicis et mathematicis &, qui Facultati „Artium, hoc est Regentibus et publicis Professoribus, tribuitur.“

„III. **Supremus**, quo quisque operam dat iis artibus et scientiis, „quas profiteri per omnem vitam suam cupit. Hic extremarum profes„sionum est, Theologicae, Jurisprudentiae et Medicinae, quas supre„mas Facultates nominant.“

„Horum duo postremi, medius scilicet et supremus, Universitatis „seu publicae scholae sunt, de quibus in nova reformatione abunde „omnia. Primus ad Paedagogium proprie pertinet, de cujus constitutione „bifariam cogitari potest.“

„Aut enim operosius multis seu gradibus seu classibus institui po„test, in quo non modo lingua erudiatur, ornetur et perficiatur, verum „etiam progymnasmata quaedam tradantur Dialecticae et Rhetoricae, „quibus adolescentes ad graviores Aristotelis et aliorum autorum le„ctiones praeparentur.“

„Aut simplex aliquod, in quo sine distinctione classium, Gramma„tica utriusque linguae methodica saltem pueris tradatur, cum exemplis „Latinis et Graecis certorum autorum, qui juventuti ad utriusque ora„tionis, prosae scilicet et ligatae, structuram et compositionem forman„dam imitandamque utiliter proponi possunt.“

„De priori Illustrissimus Princeps Elector Fridericus a. 1546. cum „Academia consultavit.“ [204])

„Sequitur [205]) altera brevior et simplicior Paedagogicarum lectionum „et exercitiorum forma, tum quoque a Rectore proposita.“

„**Simplex Paedagogii forma.**“

„Primum videtur elementarios in Paedagogium non admittendos, sed „ad triviales ludos et ad privatos praeceptores relegandos esse.“

„Deinde sufficere, si in Paedagogio utriusque linguae grammatica „methodus doceatur, praeceptisque exempla ex Latinis et Graecis au„toribus subjiciantur, his mediis et horis:

„Hora VI. mane post precationem sacram et recitationem partis ali„cujus ex Catechismo, exercitium declinationum et conjugationum ex „Donato et grammaticis Philippi (Melanchthonis).“

„Ab hora VIII. usque ad IX. praelectio praeceptionum etymologi„carum, quas pueri memoriae commendant in Latinis et Graecis al„ternatim.“

---

204) Ejus exemplum vide supra p. 27. sqq.
205) Annall. l. l. fol. 415. b. 416. a.

Digitized by Google

„Ab hora XII. usque ad I. Ciceronis epistolae, vel Terentius. „Deinde syntaxis, cum recitatione praeceptorum, quae memoriter fieri „debet. Item Fabulae Aesopi Graecae alternatim, ex quibus sumantur „exempla declinationum et conjugationum matutina."

„Ab hora III. et deinde Vergilius et Hesiodus alternatim, per ses- „quihoram, cum praeceptis generalibus prosodiae, quae itidem memori- „ter recitantur. Ciceronis epistolae eo potissimum pueris proponendae „sunt, quod ex his tam loquendi quam scribendi formulae potissimum „commodissime petantur. Deinde et periodorum partes et distinctionum „ex iisdem ostendi possunt. Vergilius prosodiae et figurarum ac to- „tius denique dictionis poeticae causa praelegendus est."

„In Graecis Aesopus ad prosam et solutae orationis simplicitatem „ostendendam, Hesiodus ad dialectos et figuras pertinet. Ex alteris „prosae orationis structura et compositio, ex alteris ligatae orationis, syl- „labarum et carminum ratio cognoscitur."

„Pueri exercitia loquendi et scribendi habeant, ita ut ad Latini ser- „monis usum perpetuo adigantur, et propositis certis argumentis latina „oratione reddendis, scribendo exerceantur: idque Mercurii diebus et „sabbatis ante prandium, quibus provectiores etiam versiculos a se fa- „ctos exhibeant. Post prandium autem Mercurii quidem diebus in logistica „arithmetices parte, sabbatis autem in musicis per unam horam, post „evangelii vel epistolae dominicalis enarrationem, exerceantur."

„In his ubi pueri ita exercitati fuerint ut grammatici sint, ut loqui „et scribere Latine, Graece autem declinare et conjugare ac themata „intelligere et judicare possint, praeceptorum auctoritate ad lectiones „publicas Regentum ac Professorum Facultatis Artium admitti possunt."

„His ergo formis [206]) aliisque multis, quae a ceteris dominis depu- „tatis [207]) in medium per aliquot dies allatae sunt, studiorum et exer- „citiorum in Paedagogio instituendorum rationibus, diligenter examina- „tis, tandem ex omnibus certa quaedam capita, ad primam Paedagogii „apertionem seu institutionem necessaria, conscripta sunt, et ab utrius- „que partis consiliariis hac conditione approbata, ut nostri ad Universi- „tatis senatum, Ecclesiastici vero ad Illustrissimum Principem ea ap- „probanda referrent, et quod se quam primum sedulo facturos promi- „serant, ex sacris proventibus 300 florenos annuos, quibus ad istius Pae-

---

206) Annall. l. l. T. VII. fol. 418. a.

207) Ibid. fol. 416. a.: „*Consiliarii Ecclesiastici quaedam de Pae- „dagogio instituendo a se consignata praelegerunt.*"

Digitized by Google

„dagogii non modo institutionem, verum etiam conservationem opus esse „plerique judicarant, ab eodem impetrarent."

„Placuit quoque, eam Paedagogii institutionem propter summam „studiorum juventutis necessitatem, atque ut rebus Contubernii prorsus „labefactatis succurreretur, succurri autem hac ratione maxime posse, si „Paedagogium Contubernio conjungeretur, mature urgendum, ut primo „quoque tempore incipiendum esset."

„Die VIII. Maji [208]) convocato Academiae senatui Paedagogii con„stituendi forma a Deputatis concepta, et ut commodius consiliariis „Principis proponi posset, Germanice scripta, a Syndico praelecta est. „Cujus exemplum sequitur."

„Von Anrichtung [209]) des Pedagogii."

„Bedencken zwischen der Universitet zw Heydelberg Verordneten „vnd Churfl. Pfalz Kirchenrathen deputaten gehalten."

„A principio mensis Maji anno LX."

„I. Von dem Ort, da solchs gehalten werden soll."

„Ist vor Rattsam geachtet, das hiezwischen, bis der ander Theil „Contubernii zw solchem vnd Andern notturften gebaven wurde, die „Schul in den zweyen stuben des Contubernii, Nemlich der Vndern „und der Kleinen communiter angestellet wurde, Sinntemal sunst der „gar kein ander bequem Ortt vorhanden."

„II. Von den Classibus."

„Hat man sich verglichen, das zwo Classes solches Pädagogii sollen „angestellet werden, ein Vndere vnd ein Obere, in welchen die Jungen „angehenden Studenten zw den Lectionibus und Exercitationibus des „Contubernii abgericht vnd eingelaittet werden. Vnd soll in solche „Classes keiner zugelassenn, noch vffgenommen werden, der noch das „Alphabet vnd lesen lernet, Sonder soll seinen Donat [210]) wo nit per„fect, doch zimlicher massen Studiert haben. Sollen auch alle alsbald „Deponiern, und bei der Vniversitet Rectorn sich einschreiben lassen."

---

208) Ibid. fol. 418. a.

209) Ibid. fol. 418. a. 421. b.

210) Bæhr Gesch. der Röm. Literat. Dritte Ausg. T. II. p. 597. p. 599. not. 7.: *„Um 355 p. Chr. lehrte zu Rom Aelius Donatus „als Grammatiker. Seine „Ars Grammatica tribus libris comprehensa" „(ed. Lindemann.) bildet ein vollständiges Werk über die Gramma„tik, welches als das erste systematische Lehrgebäude und als die „Grundlage des grammatischen Studiums, und damit auch der späteren „Schriften und Elementarbücher zu betrachten ist. Daher der Name „des Donatus selbst in weiterem Sinne genommen und angewendet „wird."* *Cf. infra „Mercurii Donatus".*

Digitized by Google

„III. Von den Stunden dieser Lection."

„Ist vor Nutz gehallten, das man In Jder Class Alle tag, Als „Montag, dienstag, donnerstag vnd freitag vier stunden zw den le— „ctionibus vnd deren repetitionibus geprauche. Die andern zwee Tag, „Mittwoch vnd Sambstag, werden vff die exercitationes gewendt. Davon „Im 5ten vnd 6ten puncten ferners."

„IV. Von des Pädagogii Präceptorn."

„Ist für Notwendig angesehen, das dise zwe Newe Classen mit „dreien präceptoribus, welche Magistri Artium seien, versehen werden, „deren der Vnderst in der vndern Class teglich drei stundt lesen soll, „der Mittler in der Vndern eine, vnd zwo in der Oberen. Der erst aber, „(so bissher der Viert Regent gewesen, yetz aber laut der Reformation „dem Pädagogio wurd zugeeignet) zwo Stunden teglichs in der Obern „Classe lesen soll."

„V. Von der Lectionibus In der vndern Classe."

„I. Morgens zu Sechs Vhren Soll der Vnderst Magister die Jungen „vben in den leichtern Regeln vnd Formulen des Declinierens und Con— „jugierens, der Regeln aus dem Donato, Philippo, oder nach dem es „den Präceptoribus furgeschrieben wurd werden, Auss andern Buchern „gezogen, von den Knaben teglich sollen memoriter aufgesagt werden, „darmit das, so sie zuvor anderstwo hierin gelernet, allhie bestettigt, „gemehret vnd gebessert werde."

„II. Zw Acht Vhren Soll abermahls gedachter vnderster Magister „Ihnen die Epistolas Ciceronis familiares, So für die Knaben vom „Sturmio oder sonst ausgelesen, zum deutlichsten erkleren und für— „geben, darneben die praecepta der Etymologi allmall einlauffen lassen „vnd dieselben üben."

„III. Zw Zwölf Vhren biss vff eins Sollen die Knaben lateinische „vnd dan auch griechische Geschrift zu machen, vnd dasselb artlich vnd „behend geübt werden, damit sie volget in den Lectionibus das Jenig, „so von nötten sein wurd, Annotiren vnd auffschreiben Kunden."

„Zw Ain Vhrn solle der Mittler Magister aus den selectis pro ea „aetate Floribus poëtarum, Als Ovidii, Tibulli, Properti &, etlich „Verss Ihnen furgeben vnd exponiern, welche sie abschreiben lernen „vnd auswendig zu behalten sich gewenen sollen, dan solchs baides zw „den sitten vnd Kunsten dienstlich. Darneben soll man Ihnen den brauch, „die Verss zu Scandiern einbilden. Vnd soll diss zwen tag in der „Wochen geschehen. Die andern zwen tag soll inen von gedachtem „Magister der Terentius vleissig furgelesen werden."

„IV. Zw drey Vhrn Soll der vnderst Magister einen kurtzen Syntax „auss dem Philippo oder wie das sonst zum fueglichsten erkent wurde,

Digitized by Google

„explicieren, den sollen die knabenn auswendig lernen und aufsagen. „Dem soll auch angehenkht werden ein Nomenclatur, darmit sie allerley „Ding lateinisch nennen lernen, Mag die aus dem buechlin Philippi „von solchem geschriben, aus Dasypodio [211]), Dialogis Vivis [212]) vnd „andern zusammengetragen werden."

„Dise Lectiones alle sollen (bis auff erbawung des Contubernii, „wie obsteet) in der Bursen vndern Stuben gehalten werden."

„In der Obern Classe."

„I. Morgens zw Sechs Vhrn Soll der obrist Magister die Griechi„sche Grammaticam Crusii [213]), oder wie die Jme verordnet werden „mag, zum Anfang vnd einleitung in dieselben Sprache lesen. Darneben „die Knaben mit Decliniern vnd Conjugiern vben. Soll auch dar„neben von Vbung vnd Exempel wegen Novum Testamentum oder Ca„techesis Graece oder etwas anders Sacrum Ihnen furgelesen, vnd darin „der Gebrauch der Regel angezaigt werden."

„II. Zw Acht Vhrn Soll ein Compendium der Dialectik zw Anleit„tung in dieselbe Kunst vnd vorbereittung ad audiendum Aristotelem „& dienstlich (wie dan solchs verordnet wurd) von dem mitlern Ma„gister furgelesen vnd von den Discipeln zw wordt aussen gelernet „werden. Vnd diss zwen Tag der Wochen. Die andern zwen Tag soll „es aller Ding also mit einem Compendio Rhetorices von gemeltem Ma„gistro gehalten werden."

„III. Zw Zwölffe Sollen die Officia Ciceronis ausgelegt, vnd dar„neben die Praecepta Grammatica, Sonderlich der Syntax repetirt wer„den, durch gemelten mitlern Magistrum."

„IV. Zw Drey Vhrn soll der Obrist Magister Vergilii Aeneida oder „etwa darfür Odas aliquas vel Epistolas Horatii interpretiren. Vnd „aber solcher Lection, ex Melanchthone vel alio, ein Prosodia ange„henkht vnd darneben gelernt werden."

„Diese Lectiones alle sollen werden gehalten in der obern Stube „des Contubernii bei dem Schneckhen bis vff bessere gelegenheit."

---

211) Petri Dasypodii (Rauhfuss) dictionar. Latino-Germanicum et vice versa Germanico-Latinum. Edit. alt. Argentor. 1526.

212) Jo. Ludov. Vivis colloquia sive Lat. ling. exercitatio. Basil. 1538. 8. — De eo et de Dasypodio consule Lauterum l. l. p. 45.

213) Lauter Gesch. 1799. S. 45.: „*Martin Crusius, von 1559 „bis zu seinem Tode 1607 Professor der Griechischen und Lateinischen „Sprache zu Tübingen, war in der ersten vorzüglich stark, und schrieb „sowohl in Prosa als in Versen mehrere Bücher in derselben.*" Cf. Saxii onom. P. IV. p. 619.

Digitized by Google

„VI. Von Vbungen der Knaben."

„Die Jungen sollen Lateinisch zw reden vnd zw schreiben ange-„halten werden, Jenen nit gestattet werden, anderst dan latein zw „Reden. Auch jedes Mitwochs vnd Sampstags vor mittag Inen Ire „scripta, so Ihnen teutsch furgeschrieben, vnd von Ihnen lateinisch ge-„macht worden, vberlesen und gebessert werden. Auch sollen die „Alltern vnd gelertern aus Ihnen Carmina machen vnd die zu corri-„gieren pringen."

„Nach Mittag Mitwochs Sollen sie In der Rechenkunst, Sampstags „nach Auslegung des Sontäglichen Evangelii oder Epistell, In der Mu-„sika beyde Classes zuhauff geubt werden."

„In Jeder Class soll die Erst Lection mit gebett oder einem Lob-„gesang Angefangen, die Letzte darmit beschlossen werden. Zw Abends „wan man die Knaben heimlest, Soll neben dem gebett oder gesang „ein stuckh des Catechismi allmal recitiert werden."

„VII. Von dem Lehrgeldt oder Minervalj."

„Ob die Edelen vnd was sonst Stattlichers ist, vier oder drey „Gulden, die andern aber zwen Gulden Jerlich zalen sollen, Ihe zw „halben Jaren abzurechnen, Oder aber diese einen, Jhene zwen Gul-„den, Ist noch nit satt beschlossen. Die Armen sollen frey vnd vnbe-„schwerth zugelassen werden."

„VIII. Von Belohnung der Präceptorn."

„Von diesem vnd was dan Ihren Tisch, wonung vnd dergleichen „belangendt, Ist noch nichts entlichs erortert oder erkennth, biss man „von Churfürstl. Durchleuchtigkeit & einen gnedigen Bescheid der drey „hundert Jerlichen Gulden erlangt, Die zw erhaltung dieses werkhs „von Ihren Churfl. Gn. sollen begehrt werden."

„Alsdan auch ferners von Ordnung der Präceptorn, vnder wem vnd „wie sie sein, was fur Personen dazw zw geprauchen, wess die In-„spection vnd welcher Gestalt die zw verrichten u. s. w. Soll berath-„schlagt werden."

„Hanc [214]) Paedagogii novi formulam communi senatorum omnium „suffragio, cum suis conditionibus supra positis approbatam, Senatus „tum quoque Facultatis Artium Decano tradi jussit, ut consiliariis suis „eam quoque vel corrigendam vel augendam intra biduum proximum „proponeret."

---

214) Annall. l. l. fol. 421. a.

Digitized by Google

„Deinde [215]) die XV. Maji negotio de Paedagogio instituendo rursus „proposito, praesertim vero qui inspectores ejus seu superattendentes, ac „penes quos potissimum jus magistros seu praeceptores eligendi esse de„beret: responsum est, Paedagogii totius curam merito Facultati artium „committendam esse.“

„Placuitque dominos Ecclesiasticos admoneri, ut quae in se rece„pissent, apud Principem de trecentis florenis paedagogicae necessitati „impetrandis sedulo instarent. Tum enim de eligendis praeceptoribus „idoneis commodius consultari posse.“

Tum haec [216]) leguntur:

„Cum summa postularet studiorum puerilium necessitas, ut Paeda„gogium per Universitatem aperiatur, die XIX. Octobris ab Universitatis „Senatu conclusum est, cum hactenus senatores Ecclesiastici nihil re„spondeant, id in Contubernio instituendum et cum eo conjungendum „esse eo modo et ordine, quo superioribus mensibus decretum fuerit. „Ad hoc administrandum praeceptores eligendos esse.“

„Praeceptores deinde [217]) XIX. Octobr. M. Fridericus Zorni„us [218]) et M. Joannes Posthius [219]) designati sunt, quorum animum et „voluntatem explorare Rector debeat.“

---

215) Ibid. fol. 428. a.

216) Annall. Univ. T. VIII. fol. 5. b.

217) Ibid. fol. 7. b.

218) De Zornio Andreæ (analectt. p. 43.) commemorat haec: „Zor„nius *per exiguum temporis articulum in paedagogica permansit sta„tione. Nam, laboribus scholasticis prosperrime exantlatis, ad philo„sophicam almae hujus Universitatis cathedram fuit evectus.*“ Cf. *Flad.* tentam. p. 22. Miegii Elench. Profess. Heidelbb. — In Actis nuspiam traditum reperimus Zornium Academiae Professorem esse creatum.

219) „*Joannes Posthius, medicus et poëta illa aetate clarissi„mus, Germersheimii natus a. 1537., Heidelbergae literis et optimis di„sciplinis, praecipue vero medicinae, Micyllo, Lotichio II., Erasto „ducibus, studebat, primum a. 1554. in domum Dionysianam, tum in „Collegium Sapientiae receptus, a 1558. a philosophorum ordine suae „eruditionis testimonio publice ornatur. A. 1563. in Italiam iter susce„pit. A. 1585. Herbipoli Heidelbergam a Principe est invitatus, ubi ar„chiatri munere Joannis Casimiri Administratoris et deinde Fri„derici IV. Electoris magna cum laude annos duodecim est functus, „opibus, honoribus et bonorum omnium amicitia florens. Mortuus est a. „1597. Mosbachii, quo cum Electoris consiliariis, pestis Heidelbergae „grassantis causa, invitus officii ratione profectus erat.*“ Cf. Adam. Hautz, Lyc. Heidelberg.

Digitized by Google

„Uterque die XXX. ejusdem mensis [220]) operam suam Academiae „sunt polliciti, et affirmaverunt, apud MERCURIUM [221]) esse ad quadra„ginta, qui statim ad initium Paedagogii transferri possent."

Eodem in consessu est constitutum: [222]) „Ex re videri, Paeda„gogicos omnes esse sub Rectore (Universitatis), et ne quis prorsus Al„phabetiarius recipiatur."

Quo facto die XI. mensis Novembris ab senatu haec [223]) sunt decreta:

„Paedagogium primo quoque tempore consilio duorum deputatorum „ex Universitate adhibito aperiendum esse. Et quia a Principe de sa„lario praeceptoribus dando nihil adhuc Universitati responsum sit, inte„rea partem ejus ex fisco, partem e pecunia Minervali accipiendam, cum „deputatis praeceptoribus conveniendum. Examini puerorum et qui ca-

---

vitae Medicc. p. 149. ANDREÆ spicil. II. p. 5. 6. Ejusdem analectt. p. 44. 45. BRUCKER Ehrentempel p. 63. HEBERER Aegypt. servit. Hdlbg. 1592. 4. p. 517. SAXII onom. P. III. p. 426. 651. Copiosius de eo disserit LAUTERUS Gesch. 1799. p. 25. 26.

220) Annall. l. l. fol. 8. a.

221) ALTINGIUS (hist. Palat. p. 165.) haec affert: *„In Academia nul„lis scholis juventus tum fruebatur, nisi quod a Regentibus et Magi„stris, quos inter omnes M. Joannes Mercurius Morsheymerus „(Morshemius), Vormatiensis, familiam ducebat, cum in domo Dio„nysiana, tum alibi privatae haberentur."* JACOBO CURIONE a. 1556. *„ad cathedram medicam evecto"*, mathematicorum Professor MERCURIUS est creatus. A. 1562. urbem et Academiam nostram reliquisse videtur. Cf. Acta ord. phil. T. IV. fol. 77. b. WUND memorabb. P. II. p. 24. Idem de Facult. Jur. P. IV. p. 6. CISNERI opusc. p. 871. — MERCURII „Donatum" MICYLLUS (Sylvv. p. 292.) his versibus celebrat:

„Grammatica populum cernens sine lege loquentem,
„Teutona ut Atlantis venit in arva nepos.
„Hoc quoque Pieriis, inquit, donabo puellis,
„Et flexit Latiis Teutona verba modis.
„Res placuit criticis, cognomine dictus eodem.
„MERCURIUS coepit MERCURIUMque sequi.
„Et modo Donatum Latio sermone docentem,
„Teutonico jussit flectere verba sono."

222) Annall. l. l.

223) Ibid. fol. 10. a.

Digitized by Google

„talogum una cum praeceptoribus conscribant, Decanus, Xylander et „Melanchthon [224]) deputati sunt."

Die XVII. ejusdem mensis Novembris, Joanne Geyselbachio Rectore Magnifico, programma prodiit Academicum, quod quidem Universitatis privilegia et leges promulgat, haec [225]) tamen de Paedagogio continet:

„Ut juventutis studiis pro optima suorum parentum exspectatione „rectius consulatur, et adolescentes rudiores, qui saepe huc veniunt, ad le„ctiones publicas majore cum fructu audiendas, pro sui quisque ingenii „captu utiliter praeparentur: Paedagogium publicum suis classibus distin„ctum aperire decrevimus."

„Pro cujus felici auspicio censores ex Facultate artium deputati una „cum praeceptoribus suis, examen aliquod et ingeniorum dijudicationem „publice instituent: atque ut in fidem et tutelam Rectoris paedagogici „pueri recipiantur, curabunt."

„Ad hoc igitur ut ceteri praeceptores privati discipulos suos quoque „mittant, neque repetitionibus aut praelectionibus domesticis adolescentes „a publicis Contubernii vel Paedagogii lectionibus, contra leges nostras, „amplius impediant, sub gravi poena, Senatus decreto infligenda, omni„bus edicimus. Non enim aequum est, privati commodi gratia publicam „utilitatem impediri."

Haud diu post „designatis jam duobus Paedagogii praeceptoribus „Zornio et Posthio [226]) hypocaustis in Contubernio paratis, novis men„sis, tabulis, lignis et aliis necessariis coemptis, Rector hoc [227]) edictum „proposuit."

---

224) „*Sigismundus Melanchthon, Brettanus, ab anno 1560.* „*usque ad annum 1562 physices cathedrae summa cum laude,* ut Acta „nostra docent, *et insigni studiosorum utilitate praefuit. Eum nulla* „*ingenii monumenta reliquisse, existimationem qua floruit, patrui (M.* „*Philippi Melanchthonis) famae potissimum debuisse, veri est si*„*millimum.*" Cf. ejusdem vit. in histor. Universit. MS. fol. 148—151. Acta ord. phil. T. IV. fol. 75. b. Büttinghausen. Ergötzlichkeiten, St. III. p. 23. 24. Andreæ Bretta illustr. §. 16. Zwengel. oratio in memor. Jo. Casimir. Hdlbrg. 1614. p. 14. Wund memorabb. P. II. p. 29. — Literae (d. d. Cal. Jan. 1560.) quibus Phil. Melanchthon Sigismundum Universitati commendat, sunt descriptae in: „Seisen Gesch. d. Reformat. p. 96."

225) Annall. Univ. T. VIII. fol. 11. b.

226) Annall. Univ. VIII. fol. 14. a.

227) Ibid.

Digitized by Google

„Rector Academiae Heidelbergensis.“

„Paedagogia Grammaticae a teneris rite discendae gratia potissimum „constituta esse nemo ignorare debet. Quanta vero Grammaticae et lin„guarum tum in omnibus artibus et disciplinis, tum in Ecclesia quoque ne„cessitas sit, ex iis, quae de plerisque religionis nostrae articulis hodie „controvertuntur, non obscure intelligi potest. Si enim phrases et verbo„rum proprietates recte intelligerentur ab iis, quorum interest, minus for„tassis obscuritatis, minus controversiarum in Ecclesiae doctrina esset. „Ac prudenter quidam dixerunt, Ecclesiam quasi grammaticam quandam „scholam esse, in qua sermo divinus explicari debeat.“

„In hunc ergo finem cum hoc tempore Paedagogium publice aperia„tur, significamus hoc scripto publice Parentibus, Magistris et ceteris „omnibus, qui filios suos sive discipulos in Paedagogio publico institui „cupiunt, ut hodie hora prima a prandio eos in inferius Contubernii „Principis vaporarium ad deputatos Inspectores et Praeceptores mittant, „vel ipsi adducant, ut, nominibus ipsorum in catalogum relatis, de numero „discipulorum certiores reddamur, ac singulorum studiis pro suo cujusque „captu omniumque necessitate rectius consuli possit. Datum XXVIII. „Novembr. sub Rectoratus nostri sigillo, anno M. D. LX.“

„Ac jam sequenti die [228]) praeceptores significant ad LX circiter „discipulorum nomina in catalogum relata esse. Cupiunt igitur certiores „reddi, quid de conditione ac salario suo decretum sit, quidque de clas„sibus ac lectionibus in qualibet instituendis, de pretio Minervali, de pe„cunia pro lignis et aliis ejusmodi rebus discipulis proponere debeant.“

Tum:

„In tanto numero discipulorum praeceptore opus esse tertio, prae„sertim si duae classes sint, et quatuor quotidie in qualibet lectiones per„ficiendae. Quae ab initio constitui ad omnes labores suscipiendos satius „sit, quam statim postea in primo limine aliquid mutari.“

„His ad Senatum Deputatorum, [229]) qui ultimo hujus mensis habitus „est, relatis, decreverunt Domini, primum quantum ad classes, lectiones, „exercitia ac reliquas puerorum conditiones attinet, quantum commode fieri „posset, omnia juxta Paedagogii formulam, in quam Senatus Universitatis „et Senatores Ecclesiastici superioribus mensibus consensissent, institu„enda esse. Deinde cuilibet praeceptorum, quorum juxta formulam „tres esse debeant, qualibet septimana florenum, omnibus autem pretii „Minervalis aliquam partem, tertiam circiter, ea proportione inter ipsos „distribuendam, ut primarii potior ratio habeatur, pro honorario seu sa-

228) Ibid. fol. 14. a.
229) Ibid. fol. 14. b.

Digitized by Google

„lario partim e Minervali seu pretio institutionis, partim e fisco Univer-
„sitatis, donec aliud publice statuatur, dandam esse."

„Tertium cum conditione accipiendum Praeceptorem, ut si Princeps
„pecuniam pro sustentatione Paedagogii elargiri et aliquem ipse praecep-
„torem constituere velit, hic rursum cedat."

„Porro ut singuli discipuli per annum duos florenos pro institutione
„et quartam aurei partem pro ingressu ad usum lignorum exsolvant. Quam
„pecuniam praeceptores diligenter colligere, in rationes referre, et quolibet
„semestri finito, Rectori aut Procuratori fisci bona fide tradere seu annu-
„merare debeant."

„Denique in quaestione de tertio Paedagogo assumendo ceteri duo
„adjungi sibi postularunt M. Philippum Geyselbachium, Rectoris filium, qui
„superiori anno in Sapientia pueris Grammaticen et Musicam tradiderat,
„ipse ejus Collegii alumnus. Super quo Calendis Decembribus delibera-
„tione cum Dominis habita, praesentibus etiam aliis Praeceptoribus et iis,
„qui puerorum nuper examini interfuerunt, is est electus, et a Decano
„Facultatis Artium ad locum tertii ea, qua ante conclusum fuit conditione
„deputatus: ita tamen, ut eam rem proximo senatu Decanus ad Universi-
„tatem referret, et ne quid stipendio M. Philippi ac juribus ipsius in
„Sapientia hac conditione derogaretur. Alioqui namque praesens Rector
„se non consensurum coram testatus est."

Quibus prolatis Universitatis Rector, Annalium scriptor [230]), haec verba inprimis memoratu digna subnectit: [231])

„Hoc ergo Paedagogii publici Universitatis hoc anno principium fuit,
„malevolorum invidia et obtrectationibus difficile valde et impeditum.
„Christus Opt. Max. porro protegat et foveat juventutis miserae neglectae
„studia ad sanctissimi nominis sui gloriam. AMEN."

Paedagogio ita constituto adhuc deerant opes ac facultates, quibus sustineri posset.

„Itaque VI. Januarii anno 1561. Rector (D. Casparus Agricola [232])
„cum senatu Universitatis ad horam a Principe dictam ingressus est Can-

---

230) Ruhkopf. Gesch. d. Schulw. T. I. p. 187.; „*Wie der Rector der Historiograph der Universität war, so war es der Dekan von der Facultät, deren Album und übrige Bücher er desshalb in Verwahrung hatte.*"

231) Annall. l. l. fol. 14. b.

232) Anall. l. l. fol. 24. a. — „*Casparus Agricola, Oppenhemii „natus, a. 1546. Academiae nostrae nomen dedit et biennium, ut ajunt, „in eadem complere incepit* (sic est in matricula nostra). *A. 1548. „primam lauream obtinuit; a. 1550. philosophici doctoratus honores „ambivit.* (Act. l. l. T. IV. fol. 28. a. fol. 36. b.) *Quos honores adeptus „Jurisprudentiae omnem navavit operam. A. 1553. Contubernii Diony-*

Digitized by Google

„cellarium seu archivum Principis. Atque ibi tum, cum a Principe Ele-„ctore, praesentibus illius filio Ludovico, Comite Palatino, Comite Erer-„hardo ab Erbach tanquam Magistro Curiae, Magistro Equitum, Cancel-„lario et aliis consiliariis senatus esset admissus et coram data illi esset „copia fandi, Rector Principi pro Paedagogio his verbis [233]) supplicavit.“

„Es ist der Artisten Facultät zu gut vnd der ingend zu nutz nach „der form, so durch Ew. Churfürstl. Gn. verordnete kirchenreth vnd „etlich von der Vniversitet verordnete begrieffen worden, ein paedago-„gium zu einem anfang vnd uff Ew. Churfürstl. Gn. verbesserung uff-„gericht vnd angestellt worden, zu welchem dieweil auch besondere ge-„fel zu erhaltung der praeceptoren vonnöten, ist an Ew. Churfürstl. Gn. „vnser vnderthenigst bith, sie wollen zu solchem Paedagogio vnd Junger „knaben Schulen als einem christlichen heilsamen Werk, etlich kirchen-„gutter gnedigst verordnen, auch da etwas Mangel an solchem Paeda-„gogio erschien, verbessern vnd dasselbig entlich confirmiren vnd be-„crefftigen lassen.“

„Quibus propositis Illustrissimus Princeps Elector [234]) per Suae Celsi-„tudinis Cancellarium nobilem virum Erasmum a Minquitz [235]) jussit Aca-„demiae senatum paulum secedere, et deinceps revocato senatu Cancel-

---

„*siani moderator fuit.* (Ibid. fol. 54. b.) *Deinde in Senatum ordinis „philosophici receptus, a. 1554. scholas philosophicas aperuit organumque „Aristotelis publice interpretatus est. A. 1556. philosophorum Col-„legii Decanus fuit.* (Ibid. fol. 63. b.) *A. 1558. a Principe Electore In-„stitutionum juris civilis Professio data est.* (Anall. l. l. T. VII. fol. 306.) *„Denique Decretalium cathedram a. 1561. Friederici III. jussu obtinuit.* „(Ibid. T. VIII. fol. 46. b.) *Praeterea Agricola etiam Academic „administrationem fisci ab anno 1559. usque ad finem anni 1583. habuit* „(Annall. de anno 1583. fol. 113. et fol. 119.b.) *Rectoris munus gessit „a. 1560. et a. 1576.* (Toln. Cod. Diplom. p. 131. 132.) *A. 1590. auctoritate „Joannis Casimiri tum a lectionum habendarum labore, tum ab „ordinariis Senatus Academici negotiis liberatus est.* (Annales de anno „1593. fol. 259. b.) *Diem suum obiit a. 1598. Lupoduni, ubi complures „Professores ob pestilentiam hoc anno Heidelbergae grassantem, tum „per aliquot menses degebant.*“ Cf. Wund de Fac. Jurid. P. V. p. 5. Jöcher Gelehrten-Lexicon s. v. Andreæ Oppenhem. p. 148. Schwab syll. P. I. p. 117. 146. 192.

233) Annall. l. l. fol. 26. a. 27. b.

234) Annall. l. l. fol. 28. a.

235) Wundt Magazin T. II. p. 43. „*Christoph Probus bekleidete vor und nach dem von Minquitz die Kanzlerwürde.*“ Adde Flad. tentam. p. 16.

Digitized by Google

„larius nomine Principis dixit, illustrissimum Principem Electorem ea, quae „a Rectore fuissent proposita, clementer audivisse.“

Sed precibus Rectoris Princeps omni ratione non indulsit.

Quam ob rem, ut est in Actis nostris [236]), „die XXIX. Novem„bris (1561.) in Senatu disputatum est de pecunia, qua sustentandi es„sent praeceptores. Cum enim opus esset summa trecentorum floreno„rum pro tribus praeceptoribus, et Princeps Elector, cujus mandato Pae„dagogium fuerat inceptum, pollicitus esset mediam partem, atque alte„ram partem, nimirum 150 fl., voluisset fiscum Universitatis solvere, vi„sum est, a Principe petendos ducentos ad minimum florenos, eo quod „fiscus Universitatis tantum, quantum volebat Princeps, ad Paedagogium „exponere non posset, et quod jam ante proventus fisci ita essent com„putati, ut, si professores et ministri Universitatis sua salaria acciperent, „nihil restaret, praesertim quia in sustentationem et restaurationem ae„dificiorum non pauca impendenda essent.“

„Deinde cum Rector una cum suis assessoribus ad negotium paeda„gogii deputatis, atque quidam ex consiliariis principis de praeceptori„bus paedagogicis consultassent, ac duos jam recepissent, nempe M. Jo„ANNEM SPRENG [237]) et M. JOANNEM POSTHIUM, de tertio autem nihil certi „constituissent, quaesitum est a Rectore, an Senatus duos jam receptos „approbaret nec ne, et placuit approbandos. Ac quia filius M. JOANNIS „GEYSELBACHII, M. PHILIPPUS GEYSELBACHIUS, jam antea loco tertio prae„ceptoris receptus fuisset, et in paedagogio ab universitate (donec certi „aliquid omnino constitueretur) pro principio quodam instituto, cum aliis „suum fecisset officium, de illo vel confirmando vel removendo varie „disputatum fuit tam in senatu, quam inter deputatos ab Universitate et „consiliarios principis, qui de confirmando paedagogio jam coepto ali„quoties consultaverant. Et cum M. JOANNES GEYSELBACHIUS pro filio suo

236) Annall. l. l. fol. 56. a. b.

237) Ne quis confundat hunc M. Jo. SPRENGIUM Augustanum cum poëta ejusdem nominis Jo. SPRENGIO sive SPRENGERO, Augustae Vindelicorum et ipso nato, ibidemque publico, uti vocatur, Notario, qui HOMERI et VIRGILII (Argentorat. 1515. fol.) carmina Germanice reddidit atque in patrium redegit metrum. Noster quoque in Actis ord. phil. T. IV. fol. 76. b. SPRENGERUS appellatur. *A. 1562.* est in ejusdem ordinis Senatu et in eorum numero, qui „*Candidatos ad primam in artibus lauream „praetendentes*“ examinant. Cf. Acta l. l. fol. 77. a. JÖCHER Gelehrten-Lexic. s. v. GERVINUS deutsche National-Literat. 2te Aufl. Lpzg. 1842. 8. T. III. p. 225. GRÆSSE Liter.-Gesch. Dresd. u. Lpzg. 1842. B. II. Abtheil. III. p. 123.

Digitized by Google

„per libellum supplicem apud Senatum intercessisset ac petivisset, quod „filius confirmaretur in officio tertii praeceptoris paedagogici, placuit con„ferendum amplius cum consiliariis seu deputatis principis, et illis ex„ponendam petitionem Geyselbachii, ita ut si princeps Philippum Gey„selbachium in Paedagogio ferre posset, haberetur ratio petitionis prae„dictae, sin minus, reciperetur M. Joannes Heuserus, idque factum est, „et est receptus Heuserus."

Idem die XXIX. mensis Januarii 1563. et quidem omnium sententiis in philosophorum ordinis senatum cooptatus [238]) dieque XIX. mensis Martii ejusdem anni est receptus [239]).

„XVII. die Decembris [240]) M. Jo. Spreng, primarius Praeceptor paeda„gogicus, petivit, ut quoniam ad certum diem, Calendas nempe Novem„bris, huc vocatus fuisset ad subeundos labores in Paedagogio, tempus „autem antequam illi committeretur officium aliquod fuisset elapsum, „ejus haberetur ratio, et stipendium [241]) ordinarium numeraretur ab eo „tempore, quo huc venisset, quod per eum non stetisset, quominus „suum faceret officium. Senatus (Universitatis) cum cognovisset cau„sam, in petitionem illius consentit."

Haud vero diu Posthius munus scholasticum gessit, quod ex his apparet:

„Die II. Januarii anni 1562., Immanuele Tremellio Rectore [242]). Circa „hos dies in Franconiam, non impetrata prius juxta leges a Senatu fa„cultate, abiit Magister Joannes Posthius, unus ex praeceptoribus Paeda„gogii."

---

238) Acta ord. phil. T. IV. fol. 78. a.

239) Ibid. fol. 79. a.

240) Annall. Univ. T. VIII. fol. 57. a.

241) Bæhrius (Gesch. d. Röm. Literat. Dritte Ausg. T. I. p. 59. not. 18) haec docet: *„Die Ausdrücke für Besoldung, wie annona, stipendi„um, salarium, sind zunächst von der Löhnung der Soldaten entlehnt."*

242) Annall. l. l. fol. 59. a. 60. b. — Immanuel Tremellius, Ursini collega in Theologorum ordine, Ferrarae natus, linguae Hebraeae peritissimus in Academiam Lucanam insignem ascitus, Petri Martyris collega, Calvino assensit. Primus Rectoris munere scholae illustris Hornbacensis, a. 1558. apertae, functus est. Eodem anno ab Electore Friderico III. sacram linguam ut traderet, Heidelbergam est vocatus. Heidelberga relicta Divodurum (Metz) se contulit, unde Sedanum, Bullionii Principum sedem, est translatus, ut Hebraeam linguam doceret. Mortem occubuit a. 1580. Cf. hist. Univ. MS. fol. 174. 175. Adami vitae Theoll. p. 71. Crollii scholae olim Hornbac., nunc Bipont. hist. (Bipont.) 1767. 4. p. 11. 38.

Digitized by Google

„Die IV. Februarii Posthius [243]) loco summotus est totius senatus „auctoritate, quod non praemonito rectore discessisset et aliquem pro „suo arbitrio in Paedagogio contra legem substituisset, ac conjecturae „satis essent evidentes, quod non ex imprudentia, sed ex contemptu „magistratus id fecisset."

„Leonklavius (Löwenklau) autem communibus suffragiis in ejus lo„cum est electus, qui deinde per rectorem (Universitatis) VI. Fe„bruarii paedagogus institutus est."

„XI. die Septembris 1562. [244]) ornatissimi et humanissimi viri M. „Joannes Sprengius Augustanus et M. Joannes Leonklav. Costfeldiensis „Westphalus, paedagogii moderatores, in numerum et ordinem senatorum „Facultatis artium recepti sunt et praestanda praestiterunt."

Paulo post discessum Posthii Sprengius quoque (die XVI. mensis Februarii 1563.) praeceptoris munere se abdicavit.

Qua de re haec [245]) in Actis nostris reperiuntur:

„Die XXVIII. Januarii a. 1563. mecum (Guilielmo Xylandro, philo„sophorum Collegii eo tempore Decano) privatim collocutus est Her„mannus Wittekindus [246]) ostenditque alieniorem se esse a professione

---

Struv. l. l. p. 89. Saxii onom. P. III. p. 326. 640. Schwab syll. P. I. p. 118. Seisen l. l. p. 122. De ejus (Anonymi) Catechismo Hebraico (Argent. 1554. 8. et eod. anno Paris.), libro longe rarissimo, consule Gerdes. florileg. p. 346.

243) Annall. l. l. fol. 61. a.

244) Acta l. l. T. IV. fol. 76. a.

245) Acta l. l. fol. 78. a. b. 79. a. b. 80. a.

246) Hermannus Wittekindus, alias Witekindus, Witechindus, Windequindus, in Nienrade, Marchiae Westphalicae oppido, a. 1524. natus, summos in philosophia honores a. 1563. „Promotore" M. Jo. Leunclavio obtinuit. A. 1565. Contubernii Dionysiani Regens erat. (Annall. T.VIII. fol. 81. b.) A. 1580. Neapolin Nemetum, tum quidem Musarum Heidelbergensium sinum et portum, cum aliis secessit. Sed a. 1584. administratione Electoralis Palatinatus ad Joannem Casimirum delata, Heidelbergam rediit eodemque anno ab hoc Principe Matheseos Professor constitutus est. Mortem obiit a. 1603. — Uxorem nunquam duxit, hac causa interposita: „*ne in caniculam incideret, quae latratu suo perpetuas ei crearet mo„lestias.*" Cf. Acta ord. phil. IV. fol. 78. 79. 80. a. 123. a. 149. a. Wund memorabb. P. II. p. 35. 36. Hist. Univ. MS. fol. 160. 161. Heberer Aegypt. serv. p. 18. Adami vit. phill. p. 210. Andreæ conat. p. 77. Ejusdem spicil. II. p. 6. Lauter Gesch. 1799. p. 32. 33. De ejus (Anonymi) libro de Joanna Papissa (s.l. et a. 1598. 4.) inspice Gerdes. florileg. p. 369. 370.

Digitized by Google

„Dialecticae, interimque, dum Ethica vacaret, se obtulit ad lectionem „Paedagogii, et die XXIX. Januarii Ursinus (Beer) [247]) mecum de eo„dem egit [248])".

„Die XXXI. Januarii Ursinus mecum fuit, et de Hermanno Witteki„no ac M. Lamberto Pithopoeo [249]) contulimus [250])."

---

247) Zacharias Ursinus, a. 1534. Vratislaviae natus, Theologus Calvinianus, a. 1562. ab Electore Friderico III. Heidelbergam est vocatus, ubi in Collegio Sapientiae praeceptoris simulque Theologiae Professoris munere fungebatur. In consilium *„de Catechesi Palatina"* est adhibitus idemque quum Elector a Theologis Catechesin scribi juberet, hoc negotium una cum Casparo Oleviano confecit. *„Haec Catechesis*, ut ait Tolnerus (Hist. Palat. p. 79.), *postea ob soliditatem et claritatem suam in Belgio aliisque reformatae Religionis ecclesiis tanto cum applausu recepta fuit, ut in Latinam, Graecam, Hebraicam, Belgicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, imo in ipsam etiam linguam Americanam et Indicam Orientalem translata fuerit."* E vita cessit Ursinus a. 1583. Neapoli Nemetum. Ejusdem vita in histor. Universit. MS. p. 171—174. descripta reperitur, ex qua hic locus transferendus nobis videtur: *„Her„culis columnas nominis sui fama superavit; otium iners non ullum „passus, id quod Musei foribus Jambi praefixi satis ostendunt*:

„Amice, quisquis huc venis,
„Aut agito paucis, aut abi:
„Aut me laborantem adjuva."

Nostra lingua verba haec sunt:

„Freund, wer Du seist, kommst Du zu mir,
„Mach' Deine Sache kurz, entfern' Dich bald,
„Hilfst Du nicht mit zur Arbeit."

Adde Quir. Reuteri vitam Ursini, quae Ursini operibus est praefixa. Heidelb. 1612. fol. Gundling Histor. der Gelahrth. T. 1. p. 2514. Andreae conat. p. 14. Ejusd. spicil. IV. p. 12. Saxii onom. P. III. p. 405. Seisen l. l. p. 122. 157—168. Lewald Catechet. Unterricht d. Pfalzgraf. Friderich. Hdlbrg. 1841. 8.

248) Act. l. l. T. IV. fol. 78. a.

249) Lambertus Ludolphus Helmius Pithopoeus, perperam alii Pythopoeus (vulgo Helm) a. 1535. Daventriae natus, per Casparum Olevianum, Immanuelem Tremellium, Sigismundum Melanchthonem et Guilielmum Xylandrum Friderico III. valde commendatus, die XII. August. a. 1563. in matriculam nostram illatus est. A. 1565. Latinae linguae Professio ei est delata. Sub Ludovico VI. Electore cum aliis migrare jussus, Neostadium se contulit, ibique literas et

Digitized by Google

„Calendis Februarlis [251]. Rector (D. Nicolaus Cisnerus) et ego „(Xylander) in Contubernio convenimus cum D. Oleviano [252]) et D. „Zulegero [253]). Actum de Sprengio dimittendo, utque Hermannus Witte„kindus in ejus locum succederet interim, dum Pithopoeus adveniret."

„III. Februarii [254]) ad inspiciendum ex formula Paedagogium delecti „sunt D. Immanuel, D. Melanchthon, ego Decanus (quanquam identidem „protestatus, nisi ad nostram facultatem id esset respecturum, me non

---

artes ingenuas docuit; deinde sub Joanne Casimiro pristinae provinciae redditus est. Mortuus est a. 1596. Cf. Annall. l. l. T. VIII. fol. 83. b. 84. b. Wund memorabb. P. II. p. 36. 37. Schwab syll. P. I. p. 144. 145., ubi Pithopoei scripta quoque commemorantur. Flad tentam. p. 21. Adami vitae philoss. p. 190. Andreæ conat. p. 9. Lauter Gesch. 1799. p. 36. 37. Saxii onom. P. III. p. 651.

250) Acta l. l.

251) Ibid.

252) Casparus Olevianus, Theologus aetatis suae clarissimus, natus Augustae Trevirorum a. 1536., a Principe Friderico III. Heidelbergam est vocatus; ubi primum Professoris munere fungebatur, tum sacris procurandis praeerat. Mortuus est a. 1587. Cf. Flad. tentam. p. 19. Oleviani vita descripta per Jo. Piscatorem praemissa est libro, qui inscribitur: „Gnadenbund Gottes. Herborn 1590." Steubing Topogr. der Stadt Herborn. Marb. 1792. 8. p. 177. Adami vitae Theoll. p. 59. Saxii onom. P. III. p. 384. Hausser l. l. T. II. p. 33. 34. 79. Seisen Gesch. p. 121. 141 — 156. Büttinghausen (Beitr. z. Pfälz. Gesch. Mannh. 1776. 8. T. I. p. 155.) haec docet: *„Eine diesen Mann betreffende Anecdote habe „ich neulich durch den Herrn D. Barkey aus dem Haag erhalten. In „dem dasigen Archive findet man, dass Caspar Olevian mit 500 fl. „Besoldung 1573 von Heidelberg nach dem Haag durch die Herrn „Staaten von Holland und Westfriesland berufen seie, um dreimal in der „Woche eine Sermon zu halten."*

253) Wenceslaus Zuleger, Praeses Senatus Ecclesiastici, ab Electore Friderico III. instituti, natus in vico ad fines Bohemiae sito, cui Valli Joachimicae est nomen, a. 1516. Genevae Theologiae studium cum Jurisprudentia feliciter conjunxit, et Licentiati, ut ajunt, dignitate est ornatus. A Friderico III. Heidelbergam vocatus Principi a consiliis intimis fuit indeque omne studium ad disciplinam christianam in ecclesia scholisque Palatinatus corrigendam et promovendam contulit. Mortuus est a. 1594. Cf. Adami vitae JCtor. p. 149. Struve l. l. p. 163. Flad tentam. p. 18. Jöcher Gelehrten-Lexic. s. v.

254) Acta l. l. fol. 78. a.

Digitized by Google

„debere gravari aut quemquam Decanum, me superiore anno ut Xylan-„drum interfuisse) et vetus Decanus, is est Niger [255]).“

„Proposui nomine F. A. 1) debere in Paedagogio constitui lectiones „ita, ut ad gradum Laureae complendi ratio esset. 2) non debere nobis „nescientibus et cum nostra circumscriptione Regentes vel Professores „constitui aut vocari. 3) de Dialectico et Mathematico scriptum proposui.“

„VI. Februarii [256]) convenimus Paedagogii Inspectores in Contuber-„nio hora XII. cum D. Zulegero et D. Oleviano ibique conclusum, ut „proxima die VIII. Februarii in puncto XIImae omnes adessemus, simul-„que etiam omnes discipuli, ac tunc Hermanno munus, quod ad tempus „gereret, usque ad Pithopoei adventum commendaretur.“

„Monui, ut juberetur Hermannus ad me accedere et ostendere, se ma-„gisterium primo tempore accepturum, quod absque hoc esset, ferri per „leges scholae nequiret.“

„Venit ad me VIII. Februarii Hermannus, ostendens se hoc facturum, „simulque si alius dialecticus non esset, se ad tempus hanc lectionem „suscepturum.“

„IX. Februarii deputati ad res Paedagogii convenimus utrimque, mihi „injunctum, ut Hermannum coram reliquis commendarem discipulis, sta-„timque hoc exsecuti sumus hora Ima. Nam pridie, ut ante erat con-„stitutum, fieri id non poterat propter aliquas alias occupationes.“

---

255) Ordinem philosophorum aegre tulisse, viros, qui Principi a consiliis sacris essent Paedagogio instituendo interesse, haec Actorum verba docent:

„*Cum in eadem consultatione (XVII. Calend. Jun. a. 1561.) incideret „controversia de instituendo Paedagogio, unanimi consensu conclusum est, „Facultatem artium nolle detrectare labores, verum cum illis non con-„staret de forma, reliquit Facultas id negotii iis, qui hoc ipsum insti-„tuerunt et hoc relatum est Universitati.*“ Act. ord. phil. T. IV. fol. 70. a. Lauter Gesch. 1799. p. 8. 30.

Consule quoque Acta laudata fol. 101. a., ubi haec reperies: „*Die „XXIX. Junii 1575. acris contentio orta est inter Senatum Academicum „et Ecclesiasticum de Paedagogio ejusque praeceptoribus M. Christo-„phoro Schillingio et M. Joanne Jungnitio. Utebatur enim „uterque Senatus in Paedagogii gubernatione eodem jure ab initio. In „hac contentione cum Senatus nihil obtineret, curam omnem Paedago-„gii abjecit et Senatui Ecclesiastico reliquit.*“ His subjicienda sunt, quae „habent Annall. Univ. T. IX. fol. 77. b.: „*Die XVIII. April. 1577. die „Praeceptores Paedagogii werden von der Universität nitt bestellet, noch „besoldet.*“

256) Acta l. l. fol. 78. b.

Digitized by Google

„XVI. Februarii in Senatu F. A. tunc habito resignatio Sprengii rata „est habita. Indicavi item, quae de Hermanno acta essent."

„XVI. Martii deputati ad Paedagogium omnes cum D. Oleviano in Con„tubernio egimus de recipiendo ad munus primarii praeceptoris in Paeda„gogio M. Pithopoeo, qui huc XII. Martii appulerat, Daventria evocatus „ab Illustrissimo Principe et Senatu Universitatis."

„Pithopoeus ergo coram jam praesens recepit in se conditionem „hanc stipendio 120 fl. et domus ei seu habitatio impetrata est a consi„liariis Principis in Collegio Principis."

„Post ferias Paschales initurum se promisit hoc munus, quod interim „familia Daventria esset adducenda."

„XXVI. Martii convocatio a me habita [257]), in qua de nominando in „meum (Xylandri) locum Hermanno Wittekindo egi. (Graecae linguae re„licta professione Logicam docendam Xylander susceperat [258]). Con„clusum, ut nominaretur Hermannus."

„XXXI. Martii nominationem Hermanni obtuli Universitatis Senatui. „Ea approbata est, jussusque sum Hermanno indicare, eum mihi dari „successorem."

„XXIX. Aprilis Hermannus in Graecam Homeri praefatus est lectio„nem."

„Die X. Maji hora XII. deputati ad Paedagogium D. Sigismundus „Melanchthon et ego (Xylander), ut Decanus, introducimus M. Pithopoeum „in Paedagogium, eumque ut primarium Paedagogii praeceptorem Illu„strissimi Principis et Senatus Universitatis nomine discipulis commen„damus."

„Postridie hora sexta matutina initium facit Pithopoeus sui in Pae„dagogio muneris ab interpretatione libri IV. Dialect. Philippi Melan„chthonis."

„V. Juli [259]) M. Pithopoeus in ordinem nostrum est receptus, exhi„bito etiam prius idoneo testimonio, quo se legitime in Academia Vite„bergensi a. 1559. die XVI. Februarii demonstravit magistrum liberalium „artium esse creatum."

Interim Paedagogium nostrum, cui praeceptores doctissimi praeerant, ita florere coepit, ut optimi quique adolescentes ibi instituerentur uberrimique fructus inde ad juvenum ingenia bene excolenda redunda-

---

257) Ibid. fol. 79. a.
258) Ibid. fol. 78. b.
259) Ibid. fol. 79. b.

Digitized by Google

rent: qui fructus mox, proh dolor! diminuti adeoque ferme exstincti sunt [260]).

Pestilentia enim, quae hoc anno (1563.) per totam fere Germaniam grassabatur, in nostram quoque urbem incidit [261]). Qua de causa Princeps cum aula ad tempus Mosbachium, tum Palatinam urbem [262]), quae olim una ex imperialibus fuerat, discessit [263]); Academia autem cum Paedagogio Oppenhemium [264]), Imperialem, deinde Palatinam urbem eamque nobilissimam [265]), translata est, siquidem uterque locus coeli salubritate tum fruebatur.

Hac de re in Actis nostris reperiuntur haec:

„X. Septembris 1563. [266]) cum jam pestis passim hic grassaretur, „mittor [267]) cum D. Casparo Agricola a senatu Universitatis Oppenhei„mium, ad impetrandum a Senatu Oppenheimensi, Collegio Facultatis „artium et nonnullis professoribus ac discipulis domus Dionysianae ho„spitium ad aliquot menses, idque impetravimus."

„Itaque XXI. Septembris, peste in dies latius serpente et jam sae„viente, tota Academia est dissipata, permissumque professoribus omnibus „ac singulis, ut quo quisque vellet, luis vitandae causa abiret. Ego au„tem exoratus ab Academiae senatu, una cum collegis M. Johanne Le-

---

260) Andreæ analect. p. 32.

261) Acta ord. phil. T. IV. fol. 80. a.

262) Pareus l. l. p. 179. Widder Beschreib. d. Pfalz. T. II. p. 69.: „*Im Iahre 1500 erhielt der Kurfürst Philipp von Kaiser Maximi„lian die Stadt als Erbherr und Landesfürst.*" Toln. l. l. p. 77. Schuch Grossh. Bad. p. 52. 83.

263) Andreæ in Mosb. p. 13. Alting l. l. p. 191. „Ordinatio ec„clesiastica vulgo Kirchenordnung cum praefatione ipsius Electoris si„gnata est Mosbachii a. d. XV. Novembr. 1563." Widder l. l. p. 73.

264) Chronic. Oppenh. MS. cap. VIII. Andreæ Oppenh. illustr. contin. p. 105.

265) Toln. l. l. p. 52. 66. Andreæ Oppenh. illustr. coept. p. 5. Widder l. l. T. III. p. 262. Toln. l. l. p. 52.: „Anno 1402.: „„*Oppen„hemium ad Rheni Palatinos pervenisse scribit Münsterus.*""

266) Acta ord. philos. T. IV. fol. 80. a.

267) Ibid. fol. 77. a.: „*Eo anno ordinis philosophorum Decanatum „gerebat Guilielmus Xylander, Augustanus, Graecae linguae pu„blicus Professor. In Senatoribus ejusdem Collegii erant: M. Joannes „Molitor, qui non ita pridem Scholae Neccarinae praeesse desierat, M.*

Digitized by Google

„WENKLAW, M. SIMONE GRINEO (minore), [268]), M. JOHANNE HEUSERO, M. „LAMBERTO PITHOPOEO, M. HERMANNO WITTEKINDO et Collegii Dionysiani „discipulis, Oppenheimium profectus sum, ibique reliquias scholae ea „hieme, ut potuimus, conservare sumus conati. Contulit se eodem quo„que CASPARUS AGRICOLA eadem de causa."

„XXX. Decembris [269]) hora XIIma D. CASPAR AGRICOLA, et ego cum M. „GRINEO, PITHOPOEO et WITTEKINDO convenimus Oppenheimii in aedes „illas, quae tunc ibi hospitium praebebant Collegio Dionysiano. Ibi prin„cipio Dionysiani omnes, nobis praesentibus, a D. CASPARO admoniti sunt „sui officii et modestiae; deinde, quia etiam illic pestis serpebat, moniti „sunt omnes studiosi, ut si pergat malum illud ita, ut coeperat, serpere „et augeri, quisque se ad migrationem illinc mature paret."

„Anno 1564. die XXVI. Februarii [270]), convocavi (Xylander) Oppen„heimii senatum hora III. pomeridiana, ut singuli in medium consulerent, „quid facto opus esset, hue pestilentiali in dies latius etiam illic serpente. „Habita super hoc deliberatione, placuit, urgente necessitate, missionem „dandam omnibus, ut qui velint, vel in patriam eant, vel Heidel„bergam, ubi jam pestis nonnihil remisisse, ferebatur, vel alio, et „dies reditionis Heidelbergam dicatur Quasimodogeniti. Idem etiam „permissum professoribus et eadem illis quoque reditionis dies praefi„nita."

„*Joannes Spreng et M. Joannes Leonclaw, Pädagogii publici „magistri.*" Rectoris munere eodem anno NICOLAUS CISNERUS fungebatur. Cf. SCHWAB syll. P. I. p. 119. — Annorum 1563., 1564. acta in Annalibus Universitatis desunt.

268) Publica Matheseos Professio a. 1563. M. SIMON. GRYNAEO (nat. a. 1539. Bernae), eodem anno in numerum Senatorum ordinis philosophorum recepto est demandata. Eum antea privatim in Collegio Dionysiano libellum sphaericum interpretatum esse, Acta nostra perhibent. Idem medicae quoque arti et inprimis anatomiae operam dedit, in qua id assecutus est, ut sua ipsius manu sceleton artificiose concinnaret, id quod FRIDERICI III. admirationem excitavit. Rectoris Magnifici munere a. 1578. et 1579. functus est. A. 1580. Basileam concessit ibidemque Philosophiae moralis cathedrae praefuit. Mortuus est a. 1582. Cf. Act. ord. phil. T. IV. fol. 77. b. 78. b. Athenae Raur. p. 426. ADAMI vitae Philoss. p. 55. SAX, onom. P. III. p. 339. SCHWAB. syll. P. I. p. 148. 151.

269) Acta l. l. fol. 80. a.

270) Ibid. fol. 80. b. 81. a. — Summum Universitatis magistratum eo anno XYLANDER obtinebat. SCHWAB. syll. P. I. p. 122.

Digitized by Google

„Mansimus tamen plerique omnes Oppenheimii usque ad diem X. „Martii, qua die abimus. Oppenheimio."

„XII. Martii in ipso meridie hora XII. redimus Heidelbergam."

Neque vero diu Universitas Heidelbergae consistere potuit, „quum „praeter exspectationem lues ea [271]), quae magno Heidelbergae hominum „numero sublato, visa fuerat exstincta, saevire rursum coepisset: Senatus „academicus Eppingam [272]) mittendas, quae superessent, scholae reliquias „ac praesertim Collegii Dionysiani alumnos statuit. Factum hoc mense „Octobri anno 1564. simulque decretum, ut eis Hieronymus Niger et Jo„annes Lewenklaius praeessent. Ibi cum in quintum usque mensem hae„sissent, tandem mitigato Heidelbergae malo, quod jam Eppingae paullo „serpere latius occeperat, de sententia senatusconsulti Heidelbergam est „reditum."

„Januar. X. 1565. [273]) Visum fuit reliquias scholae, quae Eppingam „secesserant pestis metu, esse revocandas partim quidem quod isthic „etiam nescio quid contagii inesse audiretur, partim etiam quod hic omne „periculum desiisse videretur."

„Februar. ultima [274]). Placuit etiam omnibus, ut Schola, quae ob pe„stis contagium hactenus clausa fuerat, die Lunae post Dom. Invocavit „aperiretur."

Itaque ad valvas Academiae programma affixum est peraccommodatum ad propositum, idemque quum ad rerum memoriam illustrandam valeat, dignissimum quod hoc loco subjiciatur.

„Programma in Scholae apertura Mart. X. [275])"

„Quoniam animadvertimus, Deum D. N. J. Christi patrem, a nobis, „quae ipsius est clementia, eam depulisse luem ac contagium, quae diu „nostram scholam clausam ac tacentem continuit: hanc cras aperire de„crevimus. Atque ut eos, quibus docendi partes incumbunt officium fa-

---

271) Acta l. l. fol. 81. b.

272) Toln. l. l. p. 66.: *„Eppinga oppidum cum pertinentiis in Craichgovia, quod primum sub dominio erat Comitum ab Eberstein: ab his Marchionibus Badensium oppigneratum, deinde venditum est, qui postea idem a. 1404. Electori Palatino pretio 10,000 fl. Rhen. vendidere."* Widder l. l. T. II. p. 204. 206. Schuch. l. l. p. 81.

273) Annall. Univers. T. VIII. fol. 80. a.

274) Ibid. fol. 81. a. — Rector in annum 1565. erat electus Boquinus, Gallus Biturix. Ibid. fol. 79. a. De Boquino vide supra p. 71.

275) Annall. l. l. T. VIII. fol. 91. a.

Digitized by Google

„cturos suum: ita eos, qui discendi gratia hic sunt, admonendos duximus, „ut quanto diutius cessatum fuit a publicis exercitiis, tanto avidius „eam amplectantur ac diligentius cum summa animorum gratitudine fre„quentent."

„XIV. Mart. [276]) M. Jo. Leunclavius a Facultate Artium delectus ac „designatus est Decurio in annum 1565. Juramentum Senatui juxta le„ges praestitit."

„II. Maj. Decretum [277]) deinde fuit, audiendas esse rationes Contu„bernii, quae ob biennii pestem praeteritae fuerant. Has postridie red„didere M. Joan. Lewecla. et Joan. Heuserus. Summa autem erat 23 „flor. collecti ex Beanalibus [278]), ut loquuntur. Horum pars tertia cessit „collectoribus, tertia altera fisco Contubernii, altera fisco Universitatis."

Joannes Geyselbachius pestilentia sine dubio quum esset absumtus, „a. d. V. Kal. Maj. [279]) sunt nominati ad Professionem linguae Latinae „Collegii Decurio (Leunclavius) et Lambertus Pithopoeus."

„XVI. Maj. [280]) Lecta fuit praesentatio Facultatis Artium ad Lati„nae linguae professionem. Haec vero ex majore suffragiorum parte „delata fuit M. Lamberto Pithopoeo, qui tum aberat negotiorum Univer„sitatis causa."

„XXIII. Maj. decretum fuit [281]), esse audiendas tandem Paedagogii „rationes, quae hactenus auditae non fuerant."

„VI. Jun. [282]) Agitatum fuit Paedagogii negotium placuitque Senatui „M. Oliverium Bockium [283]) succedere Pithopoeo; hoc est primum tenere

---

276) Annall. l. l. fol. 81. a.

277) Ibid. fol. 83. a.

278) Du Cange glossar. ad scriptorr. med. et inf. Latinit. Paris. 1733. fol. T. I. s. v.: „*Beanus, Novellus studiosus, qui ad Academiam „nuper accessit. Lambecius: Beani definitio latitat in ipsa nominis „sui acrostichide: „„Beanus Est Animal Nesciens Vitam Studiosorum. „„Vox a Gallica Bejaune quasi Bec-jaune; ut sunt aviculae, quae non„„dum e nido evolarunt.""* Schwarz l. l. T. II. p. 149.: „*Die ange„henden Studenten hiessen auch Bacchanten, (Beani, Rabschnäbel, „späterhin Füchse. Sie mussten den ältern Studenten aufwarten und sich „dabei alle Neckereien gefallen lassen.*" Cf. quoque supra p. 36.

279) Acta l. l. T. IV. fol. 82. b.

280) Annall. l. l. T. VIII. fol. 83. a. 84. a.

281) Ibid. fol. 83. b.

282) Ibid. fol. 83. b.

283) „*Bockius, Alostanus Belga, Collegii Sapientiae praeceptor, „vir non minus pietate quam eruditione clarus. Heidelberga abiens Ant-*

Digitized by Google

„in paedagogio locum. Atque ad ea, quae porro agenda essent in Pae-
„dagogii vel conservatione vel constitutione cum Ecclesiastico sena-
„tu, nomine Academiae delecti fuere D. Sigismundus Melanchthon,
„M. Guilielmus Xylander et Hieronymus Niger, ea tamen lege, ut si quid
„gravius peragendum foret, id prius ad universum Senatum referretur et
„veterem formulam sequerentur."

„Eodem consessu [284]) lectus est supplex libellus M. Joan. Lewen-
„klaw, quo petiit sibi dari pro praelectionis suae paedagogicae stipendio
„in annos singulos florenos centum, uti in Paedagogii formula praescriptum
„fuerat. Probavit Senatus eique placuit, ut inde ab hujus anni initio in-
„tegre eam summam acciperet."

IV.

De Paedagogio amplificato.

„Omnia decrescunt, ubi non Ecclesia crescit,
„Et spretis, pereunt cetera cuncta, Scholis."
Selneccerus. [285])

Pestilentiae lue per divinam gratiam pulsa aliisque rebus restauratis [286]), Princeps Elector ad Paedagogium, cui pestilentia fuerat calamitosissima, augendum et amplificandum a. 1565. animum sollertissime applicuit. [287])

„verpiam, paucis post adventum suum diebus nulla sua culpa, sed fraude „aliena, in casses Inquisitorum praecipitatur, et in carcerem conjectus „rogo destinatur. Qua de re certior factus Elector Fridericus III., „misso Consiliario D. Conrado Mario ad summum Bruxellae Sena-„tum, Comitem Egmondanum et Antverpianos, ex vitae periculo eum „servavit et Heidelbergam revocavit. Reversus est anno 1565. die VI. „Junii. Bockio in schola nostra Christophorus Schillingius a. „1571. successit." Cf. Alting. l. l. p. 194. Reut. Jub. Coll. Sap. Struv. l. l. p. 162. Andreae conat. p. 10. 11.

284) Ibid. fol. 84. a.

285) Institut. literat. T. III. p. 651.

286) Andreae conat. p. 8.

287) Alting. l. l. p. 193. 194.

Digitized by Google

Cujus consilii causa fuit haud exiguus pastorum ac praeceptorum in Palatinatu defectus, quem inde omnino ortum esse optimus Princeps censebat, quod pauciores essent Collegii Sapientiae alumni, neque aptum aliquod ac sufficiens illius aetatis conditioni reperiretur seminarium, e quo recentes coloni, ut ita dicam, in illud Collegium transferrentur, et ad lectiones publicas in Academia audiendas admitterentur [288]).

Quam ob rem ut iste defectus tolleretur et deinceps in ipso Palatinatu adolescentes, ecclesiae ac scholae muneribus obeundis idonei, informarentur atque erudirentur, Paedagogium, gravissima deliberatione cum Senatu utroque, et Ecclesiastico et Academico, prius habita in novam plane formam transmutavit.

Locus ei est assignatus in claustro fratrum, quos FRANCISCANOS [289]) nominant, quo ex Bursa Nova ipsum traductum [290]) est.

Atque sicut jam antea, die IX. mensis Maji ejusdem anni, Neohusii, quod oppidum uno lapide a Vormatia Vangionum urbe distat, Collegium Canonicorum Regularium, ut ajunt, initio DIONYSIO, post CYRIACO sacrum, opus DAGOBERTI Francorum regis, in Paedagogium converterat FRIDERICUS ejusque reditus in scholae usum

---

288) PAREUS l. l. p. 262.

289) LAUTER l. l. p. 8.: *„Das erwähnte Franziskaner-Kloster ist „sehr alt, und wird für das erste Observanten-Convent in Deutschland „gehalten. Nach* WIDDER (T. I. p. 138.) *hat es zuerst ein gewisser „Herbrandt von Neckarau ausserhalb der Stadt unten am Neckar ums „Jahr 1248 erbaut. Nachdem es aber bald darauf eingeäschert wurde, „liess es Mathilde, die Wittwe des Pfalzgrafen Rudolph I. ums Jahr „1321 in der Stadt selbst wieder aufbauen. Ob es Kurfürst Ott' Hein„rich oder erst Friderich III. einzog, ist ungewiss.“* Cf. WUNDT „T. II. p. 11. 12.

290) TOLN. l. l. p. 79. PAREUS l. l. 562. WIDDER l. l. P. I. p. 139.: *„Zu solchem Gebrauche diente das Kloster bis z. J. 1622, wo „Tilly es den Franziskanern wieder übergab. Nach dem West„phälischen Frieden mussten sie es aber wieder räumen. I. J. 1693 „wurde es eingeäschert. Im Jahre 1698 gab Kurfürst Johann Wilhelm den Franziskanern die Erlaubniss den öde liegenden Platz zu bebauen, dessen ruhiger Besitzstand ihnen durch die Religions-Declaration (§. 18.) bestätigt wurde.“* Cf. WUNDT Mag. T. II. p. 12.

Digitized by Google

transtulerat [291]): ita Heidelbergae Franciscanorum claustro, quod modo commemoravimus, in Paedagogium commutato, jussit, quo felicius literae hic efflorescerent, Canonicorum Sinshemiensium Collegii, S. Michaeli dedicati et mense Junio ejusdem anni confiscati [292]), fructus posthac non in quaesturam Ecclesiasticam, ut dicitur, sed in Paedagogii fiscum ferri, quibus fructibus praeceptores sustinerentur simulque quadraginta alumni in schola habitantes alerentur: qui discipuli in Actis „*Principis alumni*" appellantur [293]).

Idem Princeps ut in posterum Paedagogio in omnem eventum subsidia compararet, testamento haud longe ante mortem [294]), vi-

---

291) Toln. ibid. Struve l. l. p. 162. Pareus l. l. p. 263.

292) Cf. „Compendium historiae equestris ecclesiae collegiatae sancti Michaelis prope Sintzhemium ab anno Christi, quo fundata est 1090., usque ad annum 1630." in: „Mone, Quellensammlung der badischen Landesgeschichte. Karlsruhe 1845. fol." T. I. p. 209. 212. Struve, l. l. p. 174. 175. Ruhkopf, Gesch. des Schulwesens. T. I. p. 343.: „*In Absicht des Gebrauchs der Kirchengüter für die Schulen und Wissenschaften wurde man muthvoller durch das grosse Beispiel, welches im Jahre 1543 der Kurfürst Moritz den protestantischen Fürsten, Herrn und Städten gab, indem er die drei Fürsten-Schulen in Meissen und Pforta bei Naumburg und Merseburg, nachher in Grimma anlegte. Er wandte die Einkünfte der Benedictiner-Klöster in Meissen und Pforta und des Augustiner-Klosters in Grimma dazu an.*" Adde Kirchner. schol. Portens. p. VI. Vide quoque supra p. 5. Schuch polit. und Kirchengeschichte von Ladenburg und der Neckarpfalz. Heidelb. 1843. 8. p. 158. Hæusser l. l. T. II. p. 27.

293) Alting l. l. p. 195.: „*Duo jam erant seminaria juventulis, „unde in latiora spatia partim Academiae Heidelbergensis, partim il- „lustris Collegii Sapientiae deducerentur. Quibus mox initio anni 1566. „tertium accessit, conditum in Bavarico Palatinatu Ambergae, „cui praefuit Christoph. Schillingius, Graecae linguae pe- „ritissimus.*" Adde Quir. Reuter. Jubil. Toln. l. l. p. 79. Denique Seltzae ad Rhenum a. 1575. Princeps condidit scholam, „*in quam soli „Nobiles reciperentur et numero quinquaginta, sexaginta, vel plures ale- „rentur inque pietate, literis, moribus et equestribus exercitiis institue- „rentur.*" Alting. l. l. p. 216. Struv. l. l. 262. Wundt. Mag. T. II. p. 87.

294) E vita decessit die XXVI. mens. Octobr. a. 1576.

Digitized by Google

ribus integris, sua ipsius manu conscripto et obsignato, quod anno sequenti filius, Joannes Casimirus, postea Electoralis Palatinatus Administrator [295]), promulgavit, haec sanxit:

„Dergleichen [296]) weil der Stifft Sünssheim in denen vorgesetzten „Stücken begriffen und gelegen, derselbe aber samt seiner Zugehörde, „hiebevor durch Unss, wie obsteht, zu einer Schul und Pädagogio des „gewesenen Barfüsser-Closter allhie zu Heidelberg incorporirt und ver-„ordnet ist; So solle solcher Stifft Sünssheim [297]) mit allen seinen Ein-„und Zugehörungen nichts ausgenommen bei angeregter Incorporation „bleiben und gedachtem Pädagogio zu ewigen Tagen daran kein Sper-„rung, Hinderniss oder Intrag zugefügt noch verstattet werden &."

Sed haec Sinshemiensis coenobii occupatio, a Principe perpetrata, controversiam excitavit, de qua haec referuntur:

---

295) Riesm. l. l. p. 137. sqq. ibique laudata. Häusser l. l. T. II. p. 132.

296) Struv. formula successionis sereniss. Domus Palatinae. Beilage 57, quae forma maxima Mannhemii ex typograph. Elector. aulica Maieriana prodiit. Wundt Magaz. T. I. p. 3. Andreae analecta p. 38. Widder Beschreib. d. Pfalz. T. II. p. 153.

297) Widder l. l. T. II. p. 151. 152.: *„Das alte Kloster und nach-„herige Chorstifft hat Johann, Bischof zu Speier, ein Sohn Wolf-„rams, Grafen des Kraichgaus, i. J. 1099 angeleget und anfänglich die „Regel des heil. Augustins darin eingeführt, nachgehends aber diese „Geistlichen mit den in dem Kloster St. German zu Speier bestande-„nen Mönchen von der Regel des heil. Benedikts verwechselt. Jo-„hann begabte das Kloster mit ansehnlichen Gütern und Gefällen, sowohl „in dem Elsensgau selbst, als in dem Kraich-, Enz-, Speier-, Nahe- u. „Worms-Gaue, und fertigte darüber eine feierliche Urkunde aus. Das „Kloster erhielt hernach durch mehrere Schankungen einen beträchtlichen „Zuwachs seiner Einkünfte, wodurch dasselbe unter die reichsten Abteien „selbiger Gegend zu zählen gewesen. In diesem blühenden Zustande „erhielt es sich auch an 400 Jahre lang, wiewohl die Klosterzucht zu-„weilen auch gewanket hatte, bis endlich die Mönche des ihnen über-„drüssigen Gehorsams sich zu entschlagen anfingen, und i. J. 1497 in „weltliche Chorherren sich verwandeln zu lassen Gelegenheit gefunden. Der „letzte Dechant des Stiftes war Cuno von Mörsheim, welcher 1571, „sechs Jahre nach der Einziehung, starb." Joannis Episcop. Spir. „literae de fundatione abbatiae Sunnesheim" vide in Act.* Palat. Vol. III. p. 277. 278.

Digitized by Google

„Anno 1565. mense Junio [298]) decanus et capitulum Sintzheimense, „uti et nobilitas imperii libera tractus Creichgoae, qui pars est circuli „Suevici, Maximiliano II. imperatori pro restitutione hujus ecclesiae „per suos ablegatos humillime supplicarunt; quapropter eodem anno, „die X. Juhi sua caesarea majestas per severum mandatum dicto Pala„tino restitutionem utriusque ecclesiae, Sintzheim scilicet et Neuhausen, „imperavit. Eodem anno die XXIII. Augusti tota nobilitas circuli Sue„vici iterum pro restitutione hujus ecclesiae, utpote pro nobilibus fun„datae, eidem Maximiliano imperatori supplicavit."

„Anno 1566. in publicis imperii comitiis Augustae idem imperator, „praehabito principum electorum consilio, ceterorumque principum et „statuum imperii consensu, praedicto Friderico palatino ibidem prae„senti restitutionem utriusque ecclesiae iterum demandavit."

Ad quae D. Martinus Ostermüncher, Principis consiliarius [299]), cui res erat demandata, (die XIV. mensis Aug. et die XII. mens. Septembr. 1565.) respondit haecce [300]):

„Dass aber vermeint würde, seiner Churfürstl. Gnaden solches der „Enden in jetzt gemelden beyden Stifften, nicht gebührt haben solte, „in dem wäre der Bericht zu mild, dann unwiedersprechlich war, dass „dieselben beide Stiffte der Chur-Pfaltz, nicht allein mit dem Erb„schutz, Schirm- und Kasten-Vogthey, sondern auch in derselbigen „Landes-Fürstlichen-Obrigkeit, und territorio [301]) ohne Mittel gelegen, „darauf sie die Landes Fürstliche hohe und niedere Obrigkeit, Recht, „Herkommen, Servitutes und Dienstbarkeiten, als Schatzung, Atz, „Läger, es wäre für seine Churfürstl. Gnaden oder Dero Räthe, oder „angehörige Reisige oder zu Fuss, Amtleute, Jäger, Handbotten, Fron„dienst der Knecht, Wagen, Pferden, Hülff und anders respective ru„higlich und besitzlich herbracht, wie auf solchen beiden Stifften von „seiner Churfürstl. Gnaden Vorfahren, vor 100 Jahren noch länger nicht „allein Mass und Ordnung, sondern auch stattliche Freiheit und Privi„legia gegeben."

„Item das Stifft Süntzheim zuvor ein Closter Benedictiner Ordens „gewesen, und noch nicht umb 80 Jahr mit Vorwissen und Bewilligung

---

298) Mone l. l. p. 209.

299) Struve l. l. p. 176.

300) Ibid. p. 177. 178. 179.

301) Toln. l. l. p. 37.: „*Ludovicus Severus, Com. Pal. Rh., „a. 1259. Sintzheimium Palatinatui incorporavit.*" Schuch Grossh. Baden p. 82.

Digitized by Google

„des dazumahl regierenden Pfalzgraf Otten mit Urbehalt obbeschriebe-„ner Rechten zu einem weltlichen Stifft verordnet.“

„Indeme seine Churfürstl. Gnaden befunden des Orts Abgötterey, „ärgerliche verbottene Unzucht über dero vielfältige ernstliche Befelch „und Warnung fürgangen, und mit den Stiffts-Gütern nicht anderst ge-„hauset seyn sollte, als ob sie zu solcher Unzucht, Völlerey und Ver-„schwendung und nicht zu Auferziehung Gottesförchtiger gelehrter Ade-„licher Männer, anfänglichs gestifft, zu geschweigen, dass solche Güter „zum theil gefährlich alienirt wären.“

„Seine Churfürstl. Gnaden hätten ein ander stattliches Collegium „zu Heydelberg aufgerichtet, und verordnet, darinn armer von Adel „und andere Kinder in studio von solchen Gefällen der Gebühr auser-„zogen werden sollen und mögen.“

Princeps ipse in Comitiis Augustanis, a. 1566. habitis, praeter alia haec [302]) quoque proposuit:

„Dass ich aber jetzt angehört und verstanden Euer Kayserl. Maj. „mir die restitution der beyden Stiffter Süntzheim und Neuhausen so „ohne Mittel in der Churpfaltz und meinem Territorio gelegen, mit „Ernst auferlegen und befohlen, und also auch mich zuvor ungehört „verdammen, dessen befinde ich mich zum höchsten beschwert, und „sage, dass zu Ew. Kayserl. Majest. als zu einem Christlichen und ge-„rechten Kayser ich das unterthänig Vertrauen hab, sie werden mich, „ob ich gleich der argste Ubelthäter wäre, nicht ungehörter Dinge ver-„dammen, und also die Sache ab Executione anfangen, sondern den „Process mit mir halten, den man pflegt Ubelthätern zu halten, die „man doch alle auch die Ärgsten, zuvor und ehe man sie verdammt, „nach Nothdurft verhört.“

„Dass ich aber mit Einziehung obgenandter beyder Stifften nichts „unziemlichs [303]), sondern allein dasjenig hab vorgenommen, so der

---

302) Struv. l. l. p. 188.

303) Wundtius (Magaz. T. I. p. 70,) haec dignissima profert, quae cognoscantur: *„Die Stifter und Klöster, welche sich unter „Ott' Heinrichs Regierung noch grössten Theils erhalten hat-„ten, wurden von dem Kurfürsten Friedrich III. eingezogen; „aber edel war es doch von ihm, dass er von den beträcht-„lichen Einkünften keinen Pfenning zu seinen Kammergefällen schlug, „und weit edler noch, dass er 24,000 fl. jährlich, eine, im Verhält-„niss der damaligen geringen Einkünfte des Kurfürstenthums Pfalz, „sehr ansehnliche Summe, sich selbst abbrach, und zu den Klostergefällen hinzufügte, um tüchtige Schulen zu stiften.“* — Ibid. p. 75.

Digitized by Google

„Religion-Friede mir zulest, und andere Churfürsten und Fürsten, all-„hie zugegen, und ihre Vorfahren ebener Gestalt gethan [304]), hoff ich „zu Gott, werden Ew. Kaiserl. Majest. aus diesen meinen wahrhaffti-„gen Gegen-Bericht, welchen ich gantz unterthänigst Bitten thue, Ew. „Kayserl. Majest. wollen denselben nicht allein selbst verlesen, son-„der auch gnädigst befehlen, dass derselbige (mit solchen Fleiss) wie „die ungegründeten Supplication-Schrifften den anwesenden Churfürsten „und Ständen verlesen sind, vorgelesen werde.“

Quam in orationem Principis quum omnes qui aderant, animos defixissent, Philibertus, Marchio Badensis, dum solvitur conventus: „Quid, inquit, divexatis istum Principem, qui plus pietatis habet, quam „nos omnes?“ [305])

„Der Kurfürst hatte, nebst den Unterstützungen, welche aus seiner „Kasse flossen, die beträchtlichen Gefälle der Stifter Sintzheim, Neu-„hausen und der Probstey Selz und Heerd insgesamt den Schulen „und der Erziehung und Bildung der Jünglinge gewidmet, daher die „grosse Anzahl flüchtender Jünglinge (vierhundert), welche, so lange „Friedrich lebte, frei unterhalten wurden, bei dem Regierungs-An-„tritt des Kurfürsten Ludwigs VI. Wohnung und Vaterland (weil „sie die Lutherische Confession nicht annehmen wollten) verlassen „mussten.“ Confer quoque Rhodingii orat. in laudem Friderici III. Heidelb. 1577. 4. Boquini orat. de vita et morte Friderici III. Heidelb. 1577. 4. Häusser l. l. T. II. p. 27. sqq.

304) Haud abs re videtur hoc loco afferre, quae Lucæ (Europ. Helicon p. 325. sqq.) tradidit:

„Folgende Klöster seynd abgeschaffet und von Evangel. Fürsten in „herrliche Gymnasia und nützliche Schulen verwandelt worden: Am-„berg, Bergen, Brieg, Corbach, Eisenach, Erfurt, Eschwege, Frank-„furt a. M., Görlitz, Göttingen, Goldberg, Gotha, Grim in Meis-„sen, Hamburg, Heidelberg, Heilsbrun in Franken, Hersfeld, Ilefeld, „Joachimsthal, Lauingen, Lockum, Marburg, Marienthal, Maulbrun, „Meissen, Memleben, Minden, Molnbeck, Neuhausen bey Worms, Neu-„stadt a. d. Hardt, Nürnberg, Porta, Riddagshausen bey Braun-„schweig, Schleusingen, Schlüchter bey Hanau, Stade, Stettin, Ulsen „bey Braunschweig, Walckenried bey Nordhausen, Zwickau.“

305) Alting l. l. p. 202. — Ibid.: *„Biblia sacra tunc pius pii patris „filius, Dux Casimirus, Serenissimo parenti adstans, gestabat.“* Häusser l. l. T. II. p. 75.: *„Friderich nannte ihn seinen „geist-„lichen Waffenträger““.*

Digitized by Google

Nihilo secius Collegium Sinshemiense cum reditibus identidem deposcebatur [306]), sed irritus erat labor: retinebatur a Principe et fructus ejus in Paedagogii fiscum referebantur [307]).

Qua de re quum STRUVEUS [308]) et HÆUSSERUS [309]), scriptores rerum Palatinarum gravissimi, diligentissime tradiderint, non est, quod illa pluribus a me explicetur.

Afferamus potius ea, quae de Paedagogio recte instituendo [310]) Acta nostra habent.

„Extractus Kur-Pfalz Kirchenraths- [311]) Protocolli, d. d. „Heidelberg den 9. Juli 1565. Fol. 51.“

„Praesentibus D. OLEVIANO, RECHKLAW, ZULEGER.“

„Licentiat ZULEGER referirt, dass die Räth (die Ober- oder ge-„heimen Räthe) ihm befohlen, das Paedagogium zu Heidelberg ins „Werk zu richten, und die Stiftsgefälle zu Sünzheim dazu zu gebrau-„chen, die Mängel aber zu Sünzheim seyen der Verwaltung zu richten „befohlen, doch mit ea Protestatione, dass die Gefälle anderst nit zur „Verwaltung, sondern allein zum Paedagogio gebraucht sollen werden, „welcher Protestation die Räth auch zufrieden gewest.“

„Resol. Beschlossen, Nachmittags des Paedagogii halben zu handeln.“

„Sub eod. Nachmittags. Fol. 52.“

---

306) MONE l. l. p. 209. 210.

307) WUNDT Magazin T. I. p. 3.: „*Dermal beziehet die geistliche „Güterverwaltung die Gefälle davon.*“

308) STRUVE l. l. p. 162—183. 644.

309) HÆUSSER l. l. T. II. p. 74.

310) REUTERUS in URSINI vita haec docet: „*Electori Paedagogium „instituenti Zacharias Ursinus, Theologus ille Heidelbergensis, „sollertissimo consilio adfuit, imo formam docendi modumque regendi „ac discendi praescripsit*“, et consentit UHSEN in: „Lexic. der geistl. Gelehrten Sec. XVI. et XVII.“ p. 402. Sed ex Actis hoc non apparet.

311) Kurpfälz. Kirchenraths-Ordnung v. J. 1564. Cap. III. §. 1. 2.: „*Zweierlei Macht soll unserm Kirchenrath bestimmt sein: die Ministeria „und Schulen mit guten, tauglichen Personen, die reiner Lehr und un-„sträflichen Lebens sind, zu bestellen und auf derselben Lehr und Le-„ben Acht zu haben, die untaugliche aber abzuschaffen; zum andern „der Disciplin und Kirchenzucht halber nothwendiges Einsehen haben.*“ HÆUSSER l. l. T. II. p. 25. 26. SEISEN Gesch. der Reformat. in Heidelb. p. 108.

Digitized by Google

„Praesentibus Zuleger, Boquino, Junio [312]), Oleviano, Erasto, „Willingio.“

„Zuleger. Man hat zu Sünzheim als viel gefunden, dass Mann „das Paedagogium damit erhalten kann, Pfalz hat befohlen, Mann soll „darin handeln.“

„Die Verwaltung soll dieselbe Gefäll einnehmen, doch dass sie al„lein zum Paedagogio sollen gebraucht werden.“

„Mann soll einen frommen Mann zu Sünzheim haben, der die Ge„fäll einnehme, et qui nobis faveat.“

„Seind etliche fürgeschlagen worden. Ist einer in der Verwaltung „gewest, ein junger Schreiber von Ulm, der ist schon zu Sünzheim, „Ist unser Religion, were wol zu gebrauchen, oder aber Mann möchte „um ein Andern sehen.“

„Man soll fortfahren mit dem Paedagogio, dazu die Stifts Sünzhei„mer Gefäll brauchig, allein dass die Stiftsherrn, so zu bleiben wil„lens, Ihre Unterhaltung haben, das vbrig gehört ins Paedagogium laut „Pfalz Instruction.“

„Von solchen Gefällen möchte Mann ob die 1500 fl. für das Paeda„gogium haben.“

„Mann solt Pfalz anzeigen, Er soll gedachte Gefäll Senatui Eccle„siastico einnemen lassen.“

---

312) „*Franciscus Junius* (François du Jon, Berruyer), *a.* „*1545. Biturigibus in Gallia natus, a Friderico III. in Palatinatum* „*invitatus, monasterio Schönau concionator praeficitur, unde ex aucto*„*ritate Principis Electoris Heidelbergam migravit, ut cum Immanuele* „*Tremellio vetus Testamentum latine redderet. Heidelbergae in Se*„*natum Ecclesiasticum cooptatus est. A. 1578. Neostadium, ubi schola* „*auspiciis Jo. Casimiri recens aperta erat, eum excepit, ubi menses* „*circiter quatuordecim docuit. Inde Otterbergum mandato Principis* „*ablegatus, ad novam coloniam eo in loco statuendam, ecclesiae Ot*„*terburgicae inservivit annum sesquialterum. Postea Neostadium ad* „*Professionem revocatus in schola docuit, donec Jo. Casimirus,* „*tum tutor et administrator Electoralis Palatinatus, eum Heidelbergam* „*evocavit, ut operam suam Academiae locaret. A. 1592. Lugduni Ba*„*tavorum Professoris primarii munus obiit, quod quum decennium susti*„*nuisset, a. 1602. est mortuus. Filia ejus Elisabetha cum Ger*„*hardo illo Joanne Vossio erat conjuncta matrimonio.*“ Histor. Univ. MS. fol. 182 — 186. Adami vitae Theoll. p. 96. ibique laudata. Flad tent. p. 19. Sax. onom. P. III. p. 555. Academ. Lugdun.-Batav. 1613., ubi Junii vita et imago aeri incisa exhibetur.

Digitized by Google

„Was vbrig bleiben wird von den Gefällen des Stifts, soll ins Fis-„cum Paedagogii und nit zur Verwaltung gelieffert werden.“

„Des Orts halben, da Mann das Paedagogium inn haben soll, soll „Manns den Ober Räthen, besonders Pfalz lassen anlangen.“

„De numero Discipulorum.“

„Boquinus. Numerus ex pecunia dijudicandus; interea de Prae-„ceptoribus et stipendiis eorum.“

„Erastus. Putat, posse adolescentem victu et amictu ali pro 24 „florenis [313]), modo vinum non bibant.“

„Olevianus. Man möchte einem Knaben ein kleines Becherlein „zum Mal geben.“

„Zuleger. Man soll ihnen das ordinarium mit Wein nit vffrich-„ten [314]). Uff 40 knaben gehen 1000 fl.“

„Die andere 500 fl. für die Praeceptores. Primo Praeceptori 130 fl., „15 Mltr Korn, 1½ Fuder Wein.“

„Oeconomo 100 fl.“

„Secundo Praeceptori 100 fl., 15 Mltr Korn, 1½ Fuder Weins.“

„Tertio Praeceptori 100 fl., 1 Fuder Weins, 10 Mltr Korn.“

„Quarto et quinto Praeceptoribus jedem 50 fl. und den Tisch; die „sollen im Paedagogio des Nachts liegen, damit die Knaben bei der „Zucht gehalten.“

„Thut zusammen 530 Gulden,
40 Mltr Korn,
4 Fuder Weins.“

---

313) Ruhkopf l. l. p. 122.: „*Der bekannte Kriegsheld des 16. Jahr-„hunders Schärtlin auf Burdenbach erzählt selbst, dass er seine „zwey Söhne nach Tübingen gesandt habe, wo sie für 50 fl. jährlich „bei dem M. Rajus eine völlig freie Kost, Erziehung und Unterwei-„sung erhalten hätten.*“ — H. Schreiberus in Glareano suo (Friburg. 1837.) profert p. 54.: „*Im J. 1522 nahm Gl. in Basel Zöglinge zu „sich, wofür ihm jeder für Tisch und Bett 22 Goldgulden rhein. und „für den Unterricht noch besonders 4 Kronen bezahlte. In Bürgers-„häusern konnte einer für 20 Goldgulden unterkommen.*“ — Grohmann Annall. der Univers. Wittenberg T. III. p. 209.: „*Für Tisch, Dis-„ciplin und Habitation eines Studenten nahm der Professor 30 fl. „jährlich.*“

314) Lauter l. l. p. 37.: „*Im Jahre 1587 bekamen 8 Primaner „und Secundaner zusammen 1 Maass Wein bei Tische; von den Tertia-„nern und Quartanern erhielten 10 zusammen so viel.*“ Cf. K.R. Prot. a. 1587. fol. 154. b.

Digitized by Google

„Wo der ein Praeceptor unter den letztern verheurathet wäre, soll „Ihm sein Stipendium verbessert werden mit Geld, Wein und Korn, „nemlich dass er habe 80 fl., 1 Fuder Weins, 10 Mltr Korn.“

„Locus.“

„Pro primo Praeceptore: Herrn Burckhards Wohnung im Kloster.“

„Pro secundo: Schola Nicrina.“

„Pro tertio: Sünzheimer Haus.“

„Quartus et quintus sollen im Kloster bey den Jungen wohnen“ [315]).

Hac deliberatione habita Olevianus die X. mensis Augusti Senatui Ecclesiastico hanc scholarum habendarum rationem [316]), quam ipse conscripserat, proposuit:

„Ordo lectionum Paedagogii.“

„A sexta usque ad octavam: duae lectiones; ab octava ad nonam: „vacat; a nona usque ad decimam: iterum lectio.“

„A prandio. A duodecima usque ad secundam: duae lectiones; a „secunda ad tertiam: vacat; a tertia iterum usque ad quartam: lectio; „a quarta: repetitio.“

„Prima Classis.“

„Hora sexta: Dialectica ab Oliverio, ita ut superiorem lectionem „prius repetat, quam aliam auspicetur; septima: lectio in Cicerone ex „Pithopœo. Nona hora: repetitio fiat lectionis publicae Ciceronis. Se„mel in septimana Graece scribant.“

„A meridie. Hora duodecima usque ad primam: legatur aliquis fa„cilis Graecus auctor, ut orationes Isocratis. Prima ad secundam: re„petitio Graecae lectionis fiat. Tertia: lectio Graeca publica, ut D. Her„mannus Witekindus praecipua lectionis repetat. Quarta: libri philo„sophici Ciceronis, Officia, de Amicitia, de Senectute &.“

„Secunda Classis.“

„Mane hora sexta: Rhetorica et facilis quaedam oratio Ciceronis,

---

315) Lauter l. l. p. 38.: „*Als nachher noch ein sechster Lehrer „dazu kam, wohnte auch dieser im Pädagogium. Allein wie einge„schränkt die Wohnung der drey letzten Lehrer gewesen seyn müsse, „lässt sich daraus abnehmen, dass Mylius nur Eine Stube hatte, „worin er mit seiner Frau und zwey Kindern wohnen musste, und dass „der sechste Lehrer gar kein eigenes und besonderes Zimmer hatte.*“ Cf. K.R. Prot. a. 1567. fol. 85. a.

316) K.R. Prot. a. 1565. fol. 75. b. — 78.

Digitized by Google

„ut pro Archia poëta, idque alternis diebus, et praecedentis diei lectio „memoriae mandetur et repetatur. Septima: Grammatica Philippi. „Hora nona: Epistolae familiares Ciceronis et repetatur praecedentis „diei lectio.“

„A meridie. Duodecima: Grammatica Clenardi [317]). A prima ad „secundam: Novum Testamentum Graece, et exerceatur grammatica „Graeca. Tertia ad quartam: Eclogae Virgilii. Quarta ad quintam: „Lectionem communem cum prima classe.“

„Tertia Classis.“

„Sexta: Grammatica parva Philippi, ita ut recitent praecedentis „diei lectionem. Septima: selectae Ciceronis Epistolae et repetatur „praecedentis diei lectio. Nona: Syntaxis latina Erasmi.

„A meridie. Duodecima: initia Graecae linguae, declinationes et „conjugationes ex Clenardo cum recitatione et repetitione. Prima: li„bellum aliquem Graecum, ut fabulas Aesopi, selectas a Sturmio. Ter„tia ad quartam: posterior pars grammaticae Philippi, quae incipit a „verbo, cum repetitione et recitatione lectionis praecedentis. Quarta ad „quintam: alternis Eclogae Virgilii et prosodia cum repetitione.“

„Quarta Classis.“

„Hora sexta: Grammatica parva Philippi. Septima: selectae Epi„stolae Sturmii. Nona: exerceantur in declinationibus et conjugationi„bus thematum difficiliorum, et repetitio superiorum declinationum.“

„A meridie. Duodecima: selecta praecepta syntaxeos. Prima: se„lecta carmina Tibulli, Ovidii, a Murmelio [318]). Tertia ad quartam: „repetitiones; exercitia grammatices. Quarta hora: preces vespertinae „habeantur in templo“ [319]).

„Quinta Classis.“

„Quintus praeceptor. Ab hora septima ad octavam vel dimidiam „nonam: doceat legere ex inflexionibus nominum et verborum. Deinde „vero provectiores nomina et verba praecedente die vesperi praescripta „auscultante Praeceptore inflectant. Nona ad decimam: infimi discant „legere, cum inflexionibus verborum. Provectiores ex Grammatica „Philippi Melanchthonis minori praescriptos a Praeceptore versus re„citent.“

---

317) Institutiones et Meditationes in Graecam linguam, N. Clenardo authore, cum scholiis et praxi P. Antesignani. Edit. postr. Paris. 1672. De Clenardo plura vide apud Lauterum l. l. p. 40.

318) Versus sententiosi seu loci communes aurearum et elegantissimarum sententiarum ex elegiis Tibulli, Propertii et Ovidii collecti.

319) Lauter l. l. p. 42.: „*Nämlich in der Franziskaner-Kirche, „welche jetzt zu dem Pädagogium gehörte.*“

Digitized by Google

„A meridie. Duodecima usque ad horam secundam: ut supra. „Tertia usque ad quintam: exerceantur in Catechismo Germanico le„gendo et discendo memoriter.“

„Generalia.“

„Stylum bis singulis septimanis exerceant; excepta classe ultima „die Mercurii et Saturni scripta exhibeant et a Praeceptoribus corrigan„tur usque ad prandium. A prandio hora duodecima aliud argumentum „dictetur. Postea ludant usque ad horam quartam et apophthegma ali„quod memoriae mandandum eis proponatur, quod ante quintam recitent.“

„In quinta Classe.“

„Prima regula. Singulis pueris quotidie singula vocabula discenda „sub eodem genere proponantur, ut **caput** uni puero, alteri **oculus**, „tertio **Deus**.“

„Secunda regula. Singulos interroget Praeceptor clara voce, puer „reliquis omnibus audientibus Latine et Germanice recitet.“

„Et haec omnia quisque in suo libello inscribat.“

Die XXIV. mensis Septembris Praeses Senatus Ecclesiastici, Zulegerus, cum Senatoribus hoc [320]) communicavit:

„Es sey Pfalz Befehl, dass de Praeceptoribus und ordine lectio„num gründlich gehandelt werde.“

Tum res ad Universitatis Senatum est delata, quod ex his Annalium ejus verbis apparet:

„Die XX. Octobris [321]) materiam deliberandi suppeditavit scriptum, „ab Ecclesiastico Senatu ad Rectorem missum, quo monebat, ex Sere„nissimi Electoris voluntate, de nova Paedagogii forma esse cogitandum; „siquidem Ipsius Celsitudini placeret locum mutare, augere classium „ac Praeceptorum numerum, immo et stipendia.“

„Quam ad rem feliciter peragendam necessarium videbatur, ut „Academiae Senatus suo ex ordine quosdam deligeret, qui cum illis „de toto conferrent negotio.“

„A plerisque fuerunt cum Rectore Magnifico designati Guil. Xy„lander, Hermannus (Wittekindus) atque Lambertus (Pithopoeus).“

„Verum autem Xylander illud onus est deprecatus, haud obscure „significans, sibimet ejusmodi consilium et institutum minime compro„bari: quod viros academicos vocari existimaret, rebus jam confectis, „nullo loco ipsorum consiliis relicto.“ [cf. supra p. 92. not. 255.]

---

320) K.R. Prot. a. 1565. fol. 87. b. — 89. b. 142. a. 146. b.

321) Annall. l. l. T. VIII. fol. 86. a. b.

Digitized by Google

„Ceteris tamen negotium conferendi de eo negotio cum Senatu Ec-„clesiastico fuit commissum, et quidem ea lege, deinceps ad Acade-„miae Senatum ut res tota referretur, qui quod ex re et publica et „scholae esset, decerneret.“

„Die XXIV. Octobr. [322]) Rector cum Designatis ad Paedagogii con-„stitutionem accessere ad Senatum Ecclesiasticum, conferendi de eo „negotio causa.“

Zulegerus, qui huic consilio praeerat, his verbis [323]) eos excepit:

„Magnifice Domine Rector Vosque clarissimi viri!“

„Illustrissimus Princeps vult, ut aliis classibus tres adjungantur et „addantur Praeceptores. Vult praestare sumtus, modo Universitas et „ii, ad quos pertinet, ordinem praescribant, qui eo spectet, ut eccle-„sia Christi juvetur et juventuti consulatur. Stipendia Praeceptorum „constituendorum ab Electore Illustrissimo constituta sunt.“

„Universitas et Senatus Ecclesiasticus deliberent de Praeceptoribus. „Item et de ordine lectionum, Celsitudo P. ut una super his delibere-„tur. Item de Inspectione. De numero Praeceptorum. Unusquisque „dicat, quid de hac re sentiat.“

In Universitatis Annalibus haec res pluribus verbis hunc in modum [324]) exponitur:

„Summam deliberationis satis prolixae utrique parti visum est esse „in pauca capita redigendam, quo de re tota statuere aliquid posset „certo totus Academiae Senatus, ad quem rem omnem referendam „esse putaverunt Designati, ut etiam jussi fuerant.“

„Concepti igitur fuere articuli (sic enim capita appellare ipsis pla-„cuit), qui paulo post (die XIV. mense Novembri) lecti fuere in Se-„natu (eo per juris jurandi religionem vocato) ac paucis commutatis „probati fuere eaque forma rursum transmissi ad Ecclesiasticum Se-„natum.“

„Demum utraque pars in hanc formam consensit:

„Articuli de Constitutione atque Gubernatione novi Pae-„dagogii.“

„I. Ut Paedagogium constituatur et regatur per Senatum Univer-„sitatis et Ecclesiasticum placet.“

---

322) Annall. l. l. T. VIII. fol. 86. b.
323) K.R. Prot. a. 1565. fol. 186. b.
324) Annall. l. l. T. VIII. fol. 86. b. — 89. a. b.

Digitized by Google

„II. Placet, ut Praeceptores deligantur, examinentur, recipiantur, „loco moveantur, mutentur consensu utriusque Senatus et recipiendi „juramentum praestent Illustrissimo Principi, ratione hujus muneris, „et Universitati.“

„III. Placuit, ut Praeceptores trium superiorum classium sint pro„moti ad gradum Magisterii aut promovere promittant, et sint conjuncti „Facultati artium: ita tamen, ut propter onera Facultatis nullo modo „impediantur vel avocentur a suo munere. Qui vero inferioribus clas„sibus praeficientur, ad minimum Baccalaurei sint, nisi aliter communi „consensu visum fuerit.“

„IV. Qui huc veniunt desiderio ac studio paedagogicae institutio„nis et disciplinae, recta recipiant se ad primum Paedagogum, quos „examinatos adscribet certae classi.“

„V. Placet, ut pueri, qui in prima classe erunt, nomen dent „Rectori (Magnifico), et interea nihilo minus submittantur disciplinae et „ferulae Praeceptorum Paedagogii, donec e Paedagogio dimittantur“ [325]).

„VI. Placet formula proposita, quae ostendit de horis lectionum, „ipsis lectionibus et numero Praeceptorum.“

„VII. Placuit, ut ad stipendium Praeceptorum numeret Univer„sitas centum quinquaginta florenos in singulos annos duabus pensio„nibus.“

„VIII. Placuit, ut pueri deinceps omnes gratis doceantur, et nul„lum Minerval ab eis exigatur.“

„IX. Placuit, ut primus Paedagogus sit assiduus Inspector totius „Paedagogii, tam officii Praeceptorum, quam adolescentum. Ipse ta„men Praeceptor, ut ceteri, subjicietur Inspectioni utriusque Senatus, „qui ad eam rem utrinque binos designabunt.“

„X. Placet, ut fiant examina et promotiones adolescentum bis in „anno, nempe Paschate et festo Michaelis, praesentibus Magn. D. Recto„re, Deputatis et Paedagogis. Praemiis etiam invitandi sunt ad concer„tationem et majorem diligentiam pueri.“

„XI. Placet, si qua lis intercesserit aut quid gravius oriatur inter „Praeceptores ad negotium Paedagogii pertinens, quod per Deputatos „commode componi non possit, ut per eos res ad utrumque Senatum „referatur. Quodsi vero nec per eos decidi poterit, tum Principi Ele„ctori exponatur, cujus decreto standum erit.“

„XII. Placent communi consensu Delectorum utriusque Senatus „conscriptae leges, secundum quas regetur tota juventus Paedagogii.“

„XIII. Placet, ut, quia ex tempore non possunt omnia occurrere, „si quid successu temporis hisce addendum, adimendum aut mutandum

---

325) Vide supra p. 9. not. 39.

Digitized by Google

„articulis visum fuerit, id potissimum Principis tanquam Patroni aucto-„ritate utriusque Senatus consensu fiat.“

„XIV. Placet denique, ut singuli Praeceptores vocentur, ut singu-„lis sua classis et lectiones per Deputatos adsignentur.“

„De his praeterquam quod semel et iterum in Senatu omnibus „praesentibus multum diuque fuit deliberatum, etiam privatim ad sin-„gulorum aedes mitti ac sententias etiam scripto comprehendi placuit, „quod sedulo factum esse ipsa Senatorum autographa testantur. Ex „quibus illud etiam constat, placuisse, ut legibus conscriptis et lectio-„num ordine constituto Paedagogium aperiretur, id urgente Illustrissimo „Principe.“

„Leges Deputatorum ab utriusque Senatus consensu latae „ac traditae.“

„I. Praeceptores horas suas recte collocanto, mature in schola „adsunto; si quando necessitas coegerit lectiones intermittere, primo „Praeceptori id in tempore indicanto, ut eorum classi interea pro-„spiciatur.“

„II. In docendo gravitatem et modestiam, quae eos decet, ser-„vanto; in auctores, quos explicant, ne invehuntor, sed eorum sen-„tentiam fideliter exponunto. Si quid obscurius aut alieno loco aut pa-„rum diligenter scriptum sit, auditores modeste admonento; suos in of-„ficio continento.“

„III. Inter se mutuam et vere Christianam concordiam fovento. „In docendo alii alios ne carpunto; si qua controversia inciderit, eam „ad primum Paedagogum referunto, aut, si is eam componere non pos-„sit, ad eos, qui ab utroque Senatu constituti sunt Paedagogii Inspecto-„res; si ne illi quidem rem transigere queant, ad utrumque Senatum „eam deferunto.“

„IV. Si quid insigne exemplum in aliquem edendum fuerit, omnes „Praeceptores adsunto et suos eodem advocanto; in hac tamen et ce-„teris omnibus castigationibus eam moderationem adhibento, ut casti-„gatio amorem, non odium arguat“ [326]).

---

326) Ruhkopf l. l. p. 133.: *„Im Jahr 1370 wurde zwischen den „3 Schulen St. Aegidii, St. Cyriaci und St. Blasii in Braun-„schweig ein Schulvertrag errichtet, worin es heisst: „„wenn der „Rector einem Knaben aus einer andern Schule Ohrfeigen gegeben „hätte oder „per crines seu aurem decenter trahendo disciplinaverit“, „so soll es demselben nicht übel genommen werden.““ Auch findet man „in den Schulordnungen des 16. Jahrh., z. B. im Wirtembergischen, im „Badischen & eigene Instructionen für den Lehrer, soviel möglich mit*

Digitized by Google

„V. Cum scholasticos a se domum dimittunt, eos officii sui e „modestiae admonento iisque bene precantor.“

„VI. Cum eos lusum dimittunt, dictum aliquod insigne aut apo- „phthegma proponunto, quod suo quisque decurioni recitet.“

„VII. Praeceptor si a Paedagogio discedere velit aut discedere „jubeatur, utrinque tribus mensibus ante id significetur: nisi tale quid „commiserit, ob quod sine mora dimittendus sit.“

„Leges omnibus Scholasticis Paedagogii communes.“

„I. Qui filios suos, aut eos, qui sibi commissi sunt, in Paedago- „gio institui volunt, eos ad primum Paedagogum deducant eique pro- „mittant, eos legibus et disciplinae se subjecturos; admoneantur etiam „a Paedagogo, ne temere eos a schola avellant, aut, si id faciant, „cum velint, postea eos non receptum iri.“

„II. Qui jurando, exsecrando aut aliis modis nomen Dei profana- „verit, qui Praeceptori mentitus fuerit, qui rixarum, simultatum, factio- „num auctor aut adjutor fuerit, aut aliud quidpiam, quod quidem enor- „me sit, contra praecepta Decalogi aut ipse commiserit, aut alium „enormiter committentem Praeceptori non indicarit, is disciplinam scho- „lae, quam sua contumacia aut culpa labefactaverit, obedientia in suf- „ferenda poena instaurato.“

„III. Magistratum, Ministros Ecclesiae, Professores Academiae, „Praeceptores, viros honestos et matronas, hospites suos et parentes „debito honore et observantia colunto, de iis honorifice loquuntor, eo- „rum jussis sine murmure parento, increpationes modeste ferunto, non „obsistunto iis, non obloquuntor, non maledicunto; sed agnoscentes „voluntatem et consilium Dei, alios aliis subjicientis, sua studia, mo- „res, cupiditates et affectus honesta disciplina regi patiuntor.“

„IV. Nemo absque venia Praeceptoris a schola abesto, aut justae „absentiae suae testimonium a parentibus aut domino adferto: omnes „mature in schola adsunto. Priusquam lectio inchoatur, similiter prius- „quam domum discedatur, preces suis quisque vicibus reverenter reci- „tanto, Praeceptorem attente et cum silentio auscultanto, aliorum stu- „dia ne perturbanto; officia mutua et inter Scholasticos necessaria alii „aliis ne deneganto, scripta ne alius pro alio conficito. Cum lectio re-

---

„Milde und Güte, ohne Schläge, seine Schüler zu regieren. Wenn „eigene Verordnungen über diesen Punkt nöthig waren, so kann man „auf die Veranlassung zu denselben sehr zuverlässige Schlüsse ma- „chen! Luther spricht auch von der Härte der Lehrer.“ Cf. ejus „Opp. T. VI. Vitteb. lat. 1594. fol. in Genes. cap. 43.

Digitized by Google

„citanda est, nemo alteri quisquam in aurem insusurrato. Qui secus „fecerit, pro ratione delicti plectitor.“

„V. Qui cum altero pugnaverit, rixatus fuerit, aut ipse se ultus „fuerit, qui sua sine venia Praeceptoris vendiderit, aut permutaverit, „qui alium conviciis aut calumniis petierit, qui petulanter aut scurrili„ter in schola aut extra scholam se gesserit, pro modo delicti poenam „luito.“

„VI. Qui in suis classibus constituti fuerint Decuriones, ii suos, „quos in concione non viderint, etiam eos, qui a suis Paedagogis aut „parentibus eo deduci solent, Praeceptori indicanto.“

„VII. Diebus Mercurii, Veneris et Dominico (exceptis iis, qui a „suis Paedagogis aut parentibus ad templum deducuntur) antequam „concio fiat, tempestive in schola conveniunto: atque inde omnes (ex„cepta prima classe) ordine in templum deducuntor: concionem quisque „loco sibi assignato religiose et attente audiunto.“

„Diebus Dominicis, qui in suburbio habitant, hora, qua concio ha„benda est, in templo suburbano conveniunto: ex Praeceptoribus ali„quis illis adesto cum discipulis, quot visum fuerit opus esse. A con„cione catechetica ne minimi quidem absunto, et a Ministro interrogati „verecunde et clare respondento: cum precatio recitatur, omnes in „genua procumbunto. Psalmos cum reliqua Ecclesia modeste canunto. „Ex templo ordine eodem in scholam revertuntor: a concione tamen „catechetica domum se recipiunto.“

„VIII. Omnes, excepta infima classe, inter se domi forisque Latine „loquuntor. Qui notam per noctem retinuerint, aut injuste alteri ob„trudendo aut eam recusando rixati fuerint, aut notam habentes alii „Germanice loquendi licentiam dederint, post preces matutinas aut im„perata memoriter recte recitanto, aut pro consilio Praeceptoris pu„niuntor.“

„IX. Qui in prima, secunda et tertia classe barbare aut non Gram„matice locutus fuerit: similiter qui Germanice locutus fuerit, notator „et punitor.“

„X. Qui alicui aliquod damnum intulerit, idem et Praeceptori sa„tisfacito.“

„XI. Catalogus in singulis classibus ante preces recitator.“

„XII. Qui disciplina corrigi posse non videntur, consilio Prae„ceptorum aut Inspectorum e Paedagogio ejiciuntor; qui vero ad literas „inepti judicantur, quo tempore publica examina habentur [327]), ad „suos remittuntor.“

---

327) Lautherus l. l. p. 52. haec addit: „*So lange in den frühern „Zeiten das Examen in dem Pädagogium währte, speisten die Ktr hen-*

Tum demum Paedagogii rebus ita constitutis, tempus adfuit, quo de Praeceptoribus eligendis ageretur.

Oliverius Bockius, ad deliberationes de schola instituenda persaepe adhibitus et primarii praeceptoris munere ornatus, non modo Paedagogii moderator est creatus [328]), sed ejus curae quadraginta pueri, quos Paedagogii incolas sumtibus Principis alendos supra (p. 100.) commemoravimus, sunt commissi, quemadmodum Ursinus Collegio Sapientiae praefectus erat [329]).

„Xylander dicit: De Oliverio non est dubitatio, num sit admit-„tendus."

„Boquinus [330]) censet: Veluti Nathanael [331]), qui praefuit scholae

---

„räthe als Examinatoren täglich im Kloster, nach geendigten Prüfun-„gen aber wurden sie, wie auch der Rector und die übrigen Lehrer „am Pädagogium nebst noch andern Personen aus dem geheimen Ra-„the, dem Hofgerichte und der Verwaltung, zu einer stattlichen Mahl-„zeit eingeladen, so dass oft 27 bis 28 Personen mehr als gewöhnlich „an diesem Tage in dem Pädagogium gespeist wurden. Die Kosten, „die diese Mahlzeit verursachte, gaben vermuthlich die Veranlassung, „dass sie hernach unterblieb. Daher baten im J. 1660 die sämmtlichen „Lehrer des Pädagogiums den Churfürsten Karl Ludwig, „„ihnen „examine finito eine Ergötzlichkeit zu geben, oder das hiebevorbestellte „Convivium wieder anzurichten."" Auf dieses ihr Gesuch liess der „Churfürst am 10. Sept. 1660 folgendes Decret ergehen:

„„ChurPfalz hat gnädigst bewilligt, dass den Praeceptoribus vff „„jedwede Person Ein Gulden zur Ergötzlichkeit gereicht werden „„solle.""

„Im J. 1684 wurden jedem Lehrer nach geendigter Schulprüfung zwei „Gulden jedesmal zugestanden. S. die Kirchenraths-Protokolle vom „10. Sept. 1660 und vom 16. Sept. 1684. Jetzt bekommt wieder jeder „Lehrer nach geendigten Prüfungen jedesmal nur Einen Gulden unter „dem Namen Recreationsgeld."

328) K.R. Prot. l. l. fol. 191.

329) Alting l. l. p. 193. 194. Pareus l. l. p. 262.

330) K.R. Prot. l. l. fol. 190. b.

331) Nathanaelem nostrum Menzingae, pago Craichgoviae, a. 1543. natum, ac Matthæi Kochhafii, sacrorum ministri illo tempore Menzingensis, filium et Davidis illius Chytræi (Kochhaf) fratrem fuisse pro explorato non habemus. Nathanaeli enim a. 1564. linguae latinae docendi munus Rostochii demandatum est, et a. 1565. idem erat in itinere per

Digitized by Google

„Nicrinae, non rejiciendus, ita hi, qui praefuerunt Paedagogio, minus „rejiciendi. Constituta forma vocandi et audiendi sunt ii. — Nemo de„bet temere ejici.“

„Witekindus hanc sententiam fert: Qui fuerunt in Paedagogio, „etiamnunc ad illud admittendi; si tantos labores nolint recipere, ho„neste dimittendi.“

„Rechklaw, qui erat a consiliis sacris, censet: De primo et se„cundo Praeceptore jam constitutum est.“

De Nathanaele autem haec [332]) in Actis reperiuntur:

„Nathanael: Im angezeigt, wie Pfalz de Paedagogio cogitet, wie „zuvor angezeigt, vnd dieweil er secundae classi praeficiendus, Im die „horae lectionum ipsique authores, quos praelegere debeat, vermeldt „vnd fürgelesen worden. Erit conjunctus Universitati. Soll praeterea „curam Nicrinae scholae gerere, si autem Princeps eum hoc onere le„vaverit, non impedimento futuros Senatores. Sollen Im leges prae„scribirt werden. Si velit promittere, se diligentem futurum in officio, „debet hoc indicare.“

„Nathanael dicit, se illas lectiones velle diligenter praelegere. „Begehrt novas leges Nicrinae scholae praescribi, ut facilius curam „ejus gerere possit.“

De tertio praeceptore haec sunt in Actis:

„Tertius debet esse maritus, ut sit etiam Inspector“ [333]).

Tum:

„Tertius Praeceptor debet esse maritus, ut ei committantur pueri „Principis instituendi“ [334]).

Deinde:

„Jacobus Mylius (Müller) [335]) fuit a Senatu Ecclesiastico exami„natus et idoneus judicatus, qui tertiae classi praeficeretur, cuique, „quia uxoratus et notus, pueri quoad disciplinam committantur“ [336]).

De eodem praeterea haec [337]) commemorantur:

Britanniam, Galliam et Italiam. Cf. Lauter l. l. p. 22. Jœcher Gelehrt. Lex. s. v. Ersch und Gruber Encyclop. s. v. Adami vitae Theoll. p. 323.

332) K.R. Prot. d. d. XXI. mens. Novembr. fol. 245. b.

333) Ibid. fol. 190. b.

334) Ibid. fol. 220. a.

335) Qua in civitate Mylius sit natus, non est compertum. Struveus (l. l. p. 264. 296. 385.) Joannis Philippi Mylii, qui Mylæus quoque appellatur, mentionem facit. Lauter Gesch. 1800. p. 23.

336) K.R. Prot. l. l. fol. 224. a.

337) Ibid. fol. 246. b.

Digitized by Google

„Mylius. Er weiss die Handlung des Paedagogii. Cogitatum fuerat de eo tertiae classi praeficiendo, quia autem in Germanica lingua non exercitatus, mutatum est consilium. Visum est, ut quartae classi proponatur. Seind Im die horae lectionum vnd authores angezeigt worden, wurt auch inspectio puerorum Im vfferlegt werden.“

„Resp. Non est sollicitus, cui classi praeficiatur, promittit diligentiam. Im gesagt, er würt ex Dom. Oliverio de aliis rebus Bericht einnehmen“ [338]).

De Heusero iisdem in Actis legimus:

„Erastus censet [339]): „De Heusero, quia Regens est in Contubernio [340]), quamvis hanc conditionem facile relicturus, tamen etiam interrogandus.“

„Im fürgehalten, Principem mutasse formam Paedagogii. Majorem numerum futurum hujus instituti. Quaeritur, an fidem, industriam, diligentiam praestare et huic studio totum se dare velit, an studia juris persequi cogitet.“

„Respondit, se in hoc officio non posse persequi studia juris, etiamsi vellet.“

„Monetur, ut, si bene coeperit, melius pergat. De moribus et pietate, ea conjungenda cum literis. Juventus instituenda et moribus et eruditione ac pietate, adhibeatque majorem diligentiam, quam antea. Habituri sunt inspectores, qui curam et Praeceptorum et juvenum gerant.“

„Im angezeigt, es seyen leges praescriptae, quae exhibebuntur. Werden die Praeceptores disselben zu halten juramentum praestiren müssen. De stipendio et classe, cui praeficeretur, postea indicabitur ei.“

„Heuserus. Se daturum operam, ut intelligant Domini diligentiam ac fidem suam“ [341]).

Tum:

„Im angezeigt, dass Im tertia zugesagt würt. Sein Stipendium ist:

---

338) Lauter l. l. p. 25.: *„Dem Mylius wurde ausser der vierten Lehrstelle noch die Besorgung der Oeconomie in dem Pädagogium aufgetragen, bis ein Oeconom würde angestellt sein, was noch nicht geschehen war. Sein jährliches Gehalt bestand in 40 Gulden; er erhielt also nicht soviel, als der Oeconom nach dem obigen Protokolle hätte erhalten sollen. Cf. K.R. Prot. vom Jahre 1567. fol. 7. b.“*

339) K.R. Prot. l. l. fol. 88.

340) Annall. l. l. T. VIII. fol. 82. b.

341) K.R. Prot. l. l. fol. 246. a.

Digitized by Google

„Erst die Behausung im Paedagogio vnd der Tisch. Darzu 50 florenos „järlichs Dinstgelts“ [342]).

„Gratias egit, promisit, ut prius, diligentiam ac fidem. Hoc in se „recepit, dum de alio genere vitae cogitaverit. Sey schon etlich Jahr „lang ian dem Beruff gewest. Non cupit relinquere Paedagogium, sed „fortasse formam vivendi mutare.“

De Leunclavio haec exstant in Actis;

„Dieweil Lœwenklaw communi consensu [343]) angenommen wor„den, propterea, si velit manere, excludi non potest. Gleichwohl er „willens ist, Inn Jure fortzufahren, mag man In fragen, was sein Ge„legenheit sey“ [344]).

„Boquinus censet, Leunclavium, si reciperetur, esse monendum, „ut sit contentior“ [345]).

Tum:

„Leonklaw aliquando cogitavit in Italiam. Quodsi debeat vacare „inferioribus classibus, recusat“ [346]).

Praeceptores quintae classis et sextae sunt creati Joannes Adamus [347]) et Martinus Seidelius [348]), qui Sapientiae Collegii tum erant alumni. Lege enim erat constitutum, ut „Sapientistarum „aliquot reliquis classibus (quintae et sextae) possent praefici“ [349]).

---

342) Ibid. fol. 247. a.

343) Cf. supra p. 89.

344) K.R. Prot. l. l. fol. 87. b. 88. a.

345) Ibid. fol. 87. b.

346) Ibid. fol. 189. a.

347) Lauter l. l. p. 26.; *„Ohne Zweifel ist der erwähnte Adam „der nämliche Johann Adam aus Rügenwalde, der noch des Pi„thopoeus Eidam wurde, und aus dessen Erzählung der Biograph „Melch. Adam seine Nachrichten von dem letztern schöpfte.“*

348) In Annall. Univ. T. IX. fol. 88. a. ejusdem Seidelii mentio fit: *„VI. Octobr. 1568. Petierat Senatus Ecclesiasticus a M. D. Rectore, ut „Martinus Seidelius, praeceptor sextae classis Paedagogii, qui „adeo Arianismo infectus esse dicebatur, ut totius novi Testamenti „auctoritatem in dubium vocaret, statim removeretur ab officio. Id „cum Senatui D. Rector exposuisset, placuit, ut priusquam ille re„moveretur, diligenter examinaretur explorareturque, num ita res „sese haberet, eoque cognito statueretur. Examinatio et exploratio Pro„fessoribus Theologis est demandata.“*

349) K.R. Prot. l. l. fol. 224. a.

Digitized by Google

De utroque haec [350]) inveniuntur in Actis:

„Joannes Adamus. Martinus Seidel. Inen angezeigt, dieweil Pfalz „ein Pädagogium aufgericht, darinnen zwey Präceptores auch von nöt- „ten in V. vnd VI. Classe, ob sie auch können mit den Knaben umge- „hen, vnd solche lectiones zu versehen tauglich, wollt man Inen sol- „ches ufferlegen, wolte man sie mit der Zeit weiter promoviren. Quin- „tus Praeceptor quartae classi etiam adesse debebit. Gefragt, ob sie sich „dazu gebrauchen zu lassen willens seind. Soll Inen darnach angezeigt „werden, was Ire Vnterhaltung sein wurt. Künnen darneben Inn Ir „studiis fortfahren. Interea indicabitur eis, quid eorum officium fu- „turum sit."

„Resp. Ja."

„Seind also dimittirt, bis man sie wiederumb erfordern würt."

Hi sex viri Paedagogii praeceptores sunt creati, sed „numerus „praeceptorum, ut legimus in Actis [351]), ita erat constitutus a Prin- „cipe, ut crescente numero discipulorum, etiam Paedagogi auge- „rentur" [352]).

Ne vero duae in nostra urbe essent scholae, quarum altera alteri detrimentum posset inferre, decretum est, ut Scholae Nicrinae, cujus „Praefectus" tum erat M. Benedictus Dobner [353]), alumni in ea habitarent quidem, sed una cum Paedagogii discipulis instituerentur. Quamobrem Bockius, qui, ut modo diximus, Paedagogio praeerat, eos die XX. mensis Augusti in discipulorum suorum numerum retulit [354]).

---

350) Ibid. fol. 245.

351) Ibid. fol. 188. a.

352) Ex Actis Lauterus l. l. p. 27. haec profert: *„Ausser den „sechs ordentlichen Lehrern wurde noch ein Cantor angestellt, welcher „täglich zwei Stunden in der Schule Unterricht ertheilte, Mittwochs „und Sonnabends aber die Musik lehrte, und den Gesang in der Kirche „zum heiligen Geiste leitete. Cf. K.R. Prot. a. 1565. fol. 271. b."*

353) Annall. l. l. T. VIII. fol. 79. a.

354) Alting l. l. p. 194. K.R. Prot. l. l. fol. 88. a.: *„Der Neckar- „schulen halben: die Jungen sollen Inns Pädagogium Inn die lectiones „gehen."* Ibid. fol. 189. a.: *„Quandoquidem schola Nicrina adjungen- „da, opus est, ut pueri examinentur."*

Digitized by Google

Quibus rebus constitutis de Paedagogio aperiendo ac rite stabiliendo ab Universitatis Rectore, PETRO BOQUINO, Programma est promulgatum, hisce verbis [355]):

„Rector Academiae Heidelbergensis omnibus ad eam „pertinentibus!"

„Illustrissimo Principi nostro, Ecclesiae CHRISTI vero nutritio ac „piarum scholarum fautori liberalissimo, placuit, Paedagogium, quod „Ipsius auspiciis ante aliquot annos fuerat institutum, hoc tempore au„gere et amplificare: quo etiam tenera pueritia ac literarum prorsus „rudis sic iis imbui possit ac per gradus sic progredi, ut tandem ido„nea reddatur audiendis publicis lectionibus. Id quod omnibus, qui ad „nostrum pertinent ordinem, palam significandum esse duximus."

„Primum quidem, quo ipsos hortaremur, ut nobiscum tantum be„neficium gratis animis excipiant: hoc est, ut in primis Omnipotenti „Deo (qui uti omnia suo nutu gubernat, ita suo spiritu cum omnium „Electorum, tum piorum Principum animos singulari ratione regit et „ducit) serio gratias agant, quod optimo Principi eam dederit mentem „ac tam praeclaram indiderit voluntatem; atque hujus salutem et inco„lumitatem coelesti illi Patri seriis precibus commendare cogitent."

„Deinde vero, ut omnes qui ad Paedagogium pertinent, sive Prae„ceptores sive discipuli, sciant, sibi conveniendum esse cras hora VIII. „in Collegio, quod olim fuit Fratrum, quos Franciscanos nominabant, „istic audituri, tum quaenam sit Illustrissimi Principis voluntas, tum „quid cuique porro sit facto opus, quidve sequendum. P. P. Heidel„bergae D. XXV. Nov. an. M. D. LXV."

„Nov. XXVI. [356]) convenere designato in loco Rector cum deputatis „ab Academiae Senatu, Senatus Ecclesiasticus totus, et qui ad Paeda„gogium pertinebant."

„Et hanc societatem atque institutum adeo praeclarum sua prae„sentia ornare non est gravatus Illustrissimus Princeps CHRISTOPHORUS [357]) „Palatinus, honestis aliquot viris comitatus."

---

355) Annall. l. l. fol. 89. b.

356) Ibid. fol. 90. a.

357) Idem a. 1566. Academiae nostrae Rector fuit Magnificentissimus. (Annall. l. l. T. VIII. fol. 94. a.) Fusius de eo egit BÜTTINGHAUSEN in Programm. Acad. Heidelb. d. XXI. Jan. a. 1766. fol. VAN BYLER l. l. p. 239.: „*Cum insigni doctrinae belli artes conjunxisset, in proe„lio contra Hispanos in Campis Maucensibus prope Neomagum* (Mooker„heide bei Nimwegen) *commisso cecidit a. 1574.*" Hist. Univ. MS. fol. 175—179. HÆUSSER l. l. T. II. p. 58. 59. Cf. quoque supra p. 71.

Digitized by Google

„Habuere principio in eo coetu commonefactorias orationes Rector „et Doctor Olevianus. Deinde praelectae fuere leges Paedagogii et „sui quisque officii formulam paucis accepit: eaque peracta fuere, quae „tale initium decebant."

Eodem in consilio Paedagogii praeceptores ad jusjurandum sunt adacti. Acta [358]) haec memorant:

„Es wurde von ihnen ein Eid zu Gott dem Allmächtigen mit aufge„reckter Hand gethan, auch deswegen Hochgedachten Churfürstlichen „Pfalz jungem Sohn die Hand einer nach dem andern darauf geben."

„Darauf ging man in eine andere Stube, darin die Adolescentes bey „einander gesammlet, so Inns Paedagogium gehörig und sunst [359]), und „las ihnen die Gesetze des Paedagogiums vor."

---

358) K.R. Prot. d. d. XXVI. mens. Novembr. a. 1565. fol. 261.

359) Ex Actis (K.R. Prot. l. l. fol. 263. 264.) Lauterus l. l. p. 32. 33. 34. in medium profert haec: *„Den letzten November berathschlagte „man sich, wie weit ein Knabe schon gekommen seyn und welche Ei„genschaften er haben müsse, um unter die Anzahl der Kurfürstlichen „Stipendiaten aufgenommen zu werden. Man setzte fest: er müsse ein „Knabe von guten Anlagen und Fähigkeiten seyn, und dabey schon so „viele Kenntnisse besitzen, dass er in die zweite Classe von oben „könnte gesetzt werden, theils damit andere Knaben dadurch zum „Fleiss gereizt würden, und sich bestrebten, auch bald in jene Classe „zu rücken, in welcher sie zu dem Stipendium gelangen konnten, theils „damit die angenommenen Stipendiaten desto geschwinder aus dem Pä„dagogium in die Sapienz (die Sapienz und das Pädagogium sollten „genau in einander greifen) und von da zu Prediger- und Lehrstellen „befördert würden. — Man beschloss ferner, dass bei Verleihung des „Stipendiums vorzüglich auf geborne Pfälzer Rücksicht genommen, „und von Ausländern höchstens einige wenige zu demselben zugelassen „würden, „„damit Pfalz der Knaben geniessen möge."" — „Junius sentit cum aliis, ut tales assumantur juvenes, a quibus sit „aliquid sperandum, et id cito, qui post triennium aut quadriennium „extrudantur ad ministerium." — „Auch Rechklaw erklärte, er sei „der Meinung, 1) dass die Kinder in der Pfalz zuerst bedacht wür„den; 2) dass sie der zweyten Classe fähig seyen, damit sie desto „eher in die Sapienz könnten aufgenommen werden." — „Diesem „nach erhielt Bock als erster Lehrer am Pädagogium den Auftrag, „die Knaben zu prüfen, welche das Stipendium erhalten sollten."*

„Auch zu Neuhausen liess man eine Prüfung der Schüler anstel„len, um diejenigen unter ihnen, welche in die zweyte Classe taugten,

Digitized by Google

His rebus rite peractis, praeceptores discipulorum scientiam tentabant, „damit jeder, nachdem er gestudirt, in sein gepürende Class „einverordnet werden möge“ [360]).

Itaque omnibus, quae obstabant, remotis schola ipsa die III. mensis Decembris est aperta, quod ex his verbis [361]) patet:

„Zulegger proponirt, dieweil bis Montag (den 3. Dec.) das Paeda-„gogium soll angehen, Ist vonnötten, dass man der Neckarschulen „halben Verordnung thue.“

V.

De Schola Nicrina.

— — — — Casimiri est gloria talis,
Ut memori nunquam corde silenda siet.
A. J. W. Mieg [362]).

Hujus scholae instituta et leges, quae Zulegero auctore et suasore, ut Acta docent, sunt conscriptae, non amplius exstant. Sed in bibliothecae nostrae Academicae ea parte, quae dicitur Battiana (No. 96, 4.), reservantur, quae ab Administratore terrarum Palatinarum, Joanne Casimiro, de hac schola constituta sunt. Ex quibus quae ejus natura fuerit, perspicue intelligi potest: Haec instituta, typis nondum expressa, sed dignissima quae cum lecto-

---

„nach Heidelberg in das Pädagogium zu versetzen. Die zum Studieren „Untauglichen aber wies man hier und dort ab.“

„Zu den Stipendiaten (alumnis) im Pädagogium kamen nachher „auch noch Kostgänger (convictores), welche zwar auch die Wohnung „ und den Tisch im Pädagogium hatten, aber dafür bezahlten, so „dass diejenigen, welche daselbst Unterricht erhielten, vierfacher Art „waren: Stipendiaten, Neckarschüler, Kostgänger oder Pensionäre und „Knaben aus der Stadt.“

360) K.R. Prot. l. l.

361) Ibid. fol. 257. b.

362) Elogia Elector. Palat. Rh. s. l. et a. p. 27.

Digitized by Google

ribus communicentur, hic ad verbum describere nostrum esse putavimus.

„Wir Johann Casimir von Gottes gnaden Pfaltzgraf „bey Rhein, Vormundt vnd der Churfürstlichen Pfaltz „Administrator, Herzog in Beyern &.“

„Bekennen vnd thun Khundt Männiglichen mit diesem Brieff, Dem„nach es vor dieser Zeit alhie eine gemein Statt- vnd Particular-Schul „am Neckher gehabt, so Burgermeister vnd Rath Zuerhalten schuldig „gewesen, daruf wie sonsten an mehr orthen herkommen, etliche arme „Schuler ein Zeitlang den Vnterschlaiff vnd ihre Nahrung vom Gassen„singen erlangt [363]), Vnd aber der Hochgeborn Fürst vnd Herr Herr „Friedrich Pfaltzgraff bey Rhein, dess heil. Röm. Reichs Ertz Truch„säs vnd Churfürst, Herzog in Beyern & Vnser freundlicher Lieber „Herr Vatter Christmilter gedächtnuss ein ansehnlich Paedagogium im „Barfusser Closter anstellen vnd reichlich versehen lassen, Darin nit „allein eine gewisse Anzahl der Churfürstlichen Pfaltz verschriebene „Stipendiaten vnderhalten, sondern auch sonsten Burgern vnd Ausslän„dischen freystehet, Ihre Kinder ohne entgelt Zur Schulen zu schickhen, „darzu dann die Notturfft der Praeceptoren Dermassen bestelt, Dass bis „dahero Dessen ein Augenscheinlicher Nutze gespühret worden, Also „man angeregter Nekher Schulen weiter nicht vonnöthen.“

„Weilen aber das Gebäw vorhanden, Auch Dasienige wass den „Barfusser Mönchen von Hoff an Victualien gereicht, vf ein gewisse „Anzahl armer Jungen dieser Schulen verwendet worden, davon vnd „dem, wass sie vf der Gassen ersungen, sich etlicher massen Hinauss„gebracht, Bis endlich der auch Hochgeborn Fürst vnd Herr, Herr „Ludwig Pfaltzgraf bei Rhein, dess Heil. Röm. Reichs Ertz Trüchsäs „vnd Churfürst, Hertzog in Bayern & Vnser freundlicher lieber Bruder „seeliger Gedechtnuss, darinnen nothwendige enderung fürgenohmen,

---

363) Ruhkopf l. l. p. 334. 335.: *„In manchen Städten hatte der „Magistrat für eine gewisse Zahl armer Schüler (scholares mendi„cantes) Beneficien oder den freien Tisch eingerichtet; andere gingen „in der Stadt umher, sangen vor den Bürger-Häusern geistliche Lie„der ab, und erwarben sich dadurch ihren Unterhalt. Luther war „bekanntlich ein solcher Currend-Schüler. Er sagt (Opp. T. V. p. 184. „ed. Walch): „„Darum verachte mir nicht die Gesellen, die vor der „Thür „panem propter Deum“ sagen, und den Brodreigen singen. „Ich bin auch ein solcher Partekenhengst gewesen, und hab das Brodt „für den Häusern genommen, sonderlich zu Eisenach, meiner lieben „Stadt.““*

Digitized by Google

„Erstlich Burgermeister vnd Rath ein Ansehnliche Summa gelts zu „erneuerung solches Schulbaws gesteuret, volgendt die Zwölff Almusen „Jungen, durch Hochgedachten Vnsern freundlichen lieben Herrn Vat„tern angerichtet, vnd begabet, mit ihren Zugeordneten gefällen Zu „der Nekher Schulen gestossen, auss ihnen gleichsamb ein Corpus ge„macht, vnd Ihrs Vnderhaltens, wie auch sonsten guter Handhabe hal„ben, Ein gewisse Fundation vnd Ordnung sub dato den 5. November „abgelauffenen Zwey vnd Achzigsten Jahrs, mit Vorbehalt Ihrer Lieben„den vnd deren Nachkommen Verbesserung vnd Vermehrung, begriffen, „Desswegen Burgermeister vnd Rath sondern Befelch zufertigen, Vnd „die vbrige Zeit Ihres Lebens vnd Regierung darüber halten lassen, „Vnd aber darinnen etliche Puncten verfasset, Die Zum Theil durch „Ihrer Liebden Absterben gefallen, anders Theils der Jugendt zum Be„sten wohl Zuverbessern."

„Alss haben vf Beschehene Vnderthänigste erinnerung, Wir solche „Ordnung vnd Reformation vor die Handt Zunehmen, mit sondern fleiss „Zu ersehen, vnd in ein Bestendtig wesen Zurichten, befohlen, Auch „darauf also mit Zeittigem Rath ins Künftig Zuhalten entschlossen."

„Vnd Erstlichen soviel belangt Die geordnete Anzahl solcher Jun„gen, deren Dreyssig sechs iederzeit seyn sollen, lassen es Wir dabey „bewendten, das nemlichen vf dieser Schulen Gemeiner Statt zum Be„sten Zehn Statt-Kinder, Die Zum Studiren tüglich, deren Eltern alhie „wohnen, Von Burgermeister vnd Rath vf solche Schul gebührlich prä„sentirt, vnd wie andere vnderhalten werden sollen, Dergestalt, wann „Einer oder mehr von ihnen abkommen würden, das alssbald innerhalb „eines Monaths frist, an dessen oder Derselben statt ein Anderer an„genohmen vnd ersetzt werden solle, mit dem Anhang, da sie in be„stimter Zeit Keinen praesentiren wurden, das alssdan Vnsern Kirchen„Räthen frey stehen solle, andere hinzunehmen,

„Vnter den vbrigen Sechs vnd Zwantzig sollen Vierzehn in der „Churfürstl. Pfalz bürtig seyn, vnd Zwölff an Frembden, sie seyen „gleich woher sie wollen, Von Vnsern Kirchen-Räthen Dahin angenoh„men werden, Damit auch in Vfnehmung solcher Jungen gewisse be„scheidenheit, Mass vnd Ordnung gehalten, So wollen Wir, das gleich„wohl soviel die Statt-Kinder Betrifft, die Noth der Armen Burger er„wogen, Vnd wo es ie nit seyn könnte, vf der Kinder Geschikhligkeit, „wofern sie besten Ingenia haben, Anfangs so hoch nit getrungen, son„dern wann sie Quartae Classis Auditores seyn, wohl Ingenohmen „werden mögen,

„Aber vnter den Pfaltzischen vnd Frembden soll ernstlich darob ge„halten werden, das Keiner ufgenohmen, Er habe dann von seinen vo„rigen Praeceptoribus seines lebens, Wandels vnd fleisses im Studiren

Digitized by Google

„genugsam Zeugnuss, Vnd er daruf von Vnserm Paedagogii Rectore „in artibus, vom Cantore aber in Musicis examinirt, vnd so qualificirt „Befunden, dass er ad tertiam Classem Paedagogii mit nutzen gesetzt, „vnd die Notturfft Im Gesang leisten möge, vnd soll vf ihre Studia in „Gemein von den Inspectoribus derzeit mit ernstem Fleiss also gesehen „werden, dass sie den legibus vnd statutis der Schulen sich durchauss „gemes verhalten, vnd wo einer oder mehr dagegen handlen, oder sich „sonsten nit Arthen vnd Recht anlassen wolten, die selbigen fürderlich „abgeschafft, vnd an ihre statt andre vfgenohmen werden."

„Wann auch ietzo für solche Jungen Die Notturfft an Bethung, Lein-„wandt vnd Utensilien vorhandten, vnd wie selbige von Burgermeister „vnd Rath alhier vf Ihre Costen zu stellen vnd handzuhaben, Wie sie „dann auch iedes Jahr Bey Rechter Zeit Zwantzig Karch gross holz „oder zum Theil nach erforderung der Notturft, vor ieden Karch Ein „hundert Puschel, Bis die Anzahl Karch gross holzes erfüllet, vf diese „Schulen zugeben vnd zuliefern schuldig, Darzu sie Jahrs auss Vnserer „Geistlichen Gefäll Verwaltung, Inhalt ihnen desswegen Zugestellter Ver-„schreibung, Zwantzig Gulden vf Martini zu empfangen, Sollen die Ver-„ordnete Inspectores Darauf achtung geben, dass alles vnd iedes ohne „Abgang erhalten, vnd die Jungen desswegen nit Mangel leyden."

„Soviel dann solcher Jungen Vnterhalt Belangen thut, vnd albereit „die Anstellung beschehen, dass anstatt deren von Alters auss dem „Schönauer Hoff täglich gehabten Vier vnd Zwantzig Brödlein, Jetz-„malen Jahrs Zwantzig vnd Sechs Malter Korn auss dem Schönauer Hoff „in die Sapientz geliefert, solche darinnen Zu Brod gebakhen, vnd wo-„chentlich zu gewissen tagen durch die Nekher Schuler soviel wohl-„gebakhen brodts abgeholet, das sie solcher Sechs vnd Zwantzig Malter „Korns vermüget, vnd vor iedes Malter Ein Hundert vnd Achzig pfundt „Brod geliefert werden, Vnd es dann auch albereith dahin gerichtet, das „die Zwey vnd Funffzig Malter Korn, so ein Oeconomus Paedagogii den „Zwölff Almusen-Knaben Jahrlich entrichtet hat, vnd Nunmehr vf diese „Nekherschul verwendet seyn, das solche im Paedagogio bleiben, vnd „ebenfalls wie in der Sapientz Wochentlich ein gewisses an brod in obi-„gem Gewicht geliefert, wass nit verbakhen, Bezalt oder an Korn erspa-„ret wurdet, lassen wir es auch dabey Bewendten."

„Mit der Wochenbüchsen bleibt es bey beschehener Anstellung, dass „solche nemlich alle Montag durch die verordneten Jungen Verschlossen „(neben einer Schell Zum Anzeigen an alle Hausser) vmhgetragen (ein „Almossen vor die Stipendiaten zu erbetten), Wass also ersamlet, Dem „Oeconomo in der Büchsen Zuverwahren zugestelt, vnd iede Mitwochen, „wan die Inspectores so die Schlüssel haben, Zusahmen Kommen, Vf-„geschlossen, Gezehlet, ihme dem Oeconomo zum Haussbrauch vberlie-

Digitized by Google

„fert werden, der es alssbaldt in Innamb seiner Rechnung zu setzen, „Wie auch das iederzeit gefallen Leiohtgelt [364]) ihme ebenfalls behän- „digt werden solle, doch das der Cantor eine Besondere specificirte „Designation Darüber halte, von wem vnd wieviel erhoben, Damit es „dann gebührlichen bescheinet vnd verrechnet werden solle.“

„Vnd nachdem der Hochgeborne Unser freundlicher Lieber Bruder „Pfaltzgraf Ludwig Churfürst & diesen armen Jungen auss sondern „Gnaden Bewilliget vnd verschrieben, Vf einen Jeden Ihrer Liebden „Geburts Tag, die Anzahl Jahr Ihres Lebens, Jährlichen soviel Goldgül- „den reichen zu lassen, für Ihrer Liebden langwühriges vnd Gesundes „Leben zu bitten, Vnd das vf solchen Tag eine Oration zu dero Ange- „dechtnuss, durch einen Nekher Schuler vf der Schulen gehalten werden „solle.“

„Haben Wir Zu Intrettung Vnserer Administration soloh Gnad vf „den Hochgebornen Fürsten Herrn Friedrichen Pfaltzgrafen & Vnsern „freundlichen Lieben Vetter vnd Pfleg Sohn verwiesen, der gestalt, das „Ihr Liebden fürterhin, wie albereit der Anfang gemacht ist, Jährlichen „vf deren Geburthstag, welches der Fünfte Tag Martii ist, soviel Gold- „gulden alss viel Jahr Sie durch Gottes Gnaden erlebt haben, Diesen „Armen Jungen verreichen lassen. Auch Ihrer Liebden Successores in „der Chur, darzu alss Zu Einer milden sachen verbundten seyn sollen, „In massen Wir auch der tröstlichen Zuversicht seyn, es werden nicht „allein gedachten Vnsers Vetters Liebden, Wann Sie Ihre Mundbahre „Jahr erreichen, sondern auch alle Erben vnd Nachkommen bey der „Chur es bey ietzt berührter milder Verordnung beständtiglich verblei- „ben lassen.“

„Wie es dann auch Bei den verordneten Dreyssig Gulden Thalern „verbleiben thuet, so mehr Hochgedachter Vnser freundlicher Lieber „Bruder Pfaltzgraf Ludwig, vf einen ieden Newen Jahrstag anstatt dess „Hoff-Almusen, auss der Geistlichen Gefällverwaltung vf diese Schulen „Zu reichen Befehlen lassen.“

